# ITALIA SACRA
## SIVE
# DE EPISCOPIS ITALIÆ,
Et Inſularum adjacentium, rebuſque ab iis præclare geſtis, deducta ſerie ad noſtram uſque ætatem.

## OPUS SINGULARE
PROVINCIIS XX. DISTINCTUM,
In quo Eccleſiarum origines, Urbium conditiones, Principum donationes, recondita monumenta in lucem proferuntur.

## TOMUS PRIMUS,
Complectens Eccleſias Sanctæ Romanæ Sedi immediate ſubjectas.

AUCTORE

## D. FERDINANDO UGHELLO FLORENTINO
Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ordinis Ciſtercienſis,


Editio ſecunda, aucta & emendata,

CURA ET STUDIO

Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.





VENETIIS, Apud Sebaſtianum Coleti. MDCCXVII.



*SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.*

# PENNENSES, & HADRIANENSES Epiſcopi.






PENNA in Veſtinis, quam *Città di Penna*, hoc tempore vulgus appellat, in Aprutio præantiqua Civitas eſt, ac ſpectatæ fertilitatis, cujus alicubi meminit Plinius, ac Ptolomæus, illamque Paulus Diacon. lib. 2. c. 19. reiicit in Picenum; hodie à Farneſianis Principibus poſſidetur. A S. Patra ex 72. diſcipulis uno Evangelii lumen accepit, primuſque fuit, qui in ea Civitate gereret Epiſcopatum, Apoſtolorum Principe ita cenſente Petro. Hæc item Eccleſia in iis, quæ ad Romanam ſpectant provinciam, connumeratur, Sedique Apoſtolicæ immediatè ſubeſt. B Pennenſi olim Eccleſiæ Innocentius IV. Pontifex Max. Hadrianenſem Epiſcopatum de novo erectum anno 1252. conjunxit, quam Civitatem vulgus in Aprutio item collocatam, Atri appellat ab hoc tempore. Hæc illa Hadria eſt, olim Romanorum Colonia, Patriaque Ælii Hadriani Imperatoris, in difficili, arduoque monte ſita, inter Vormanum, Matrinumque flumina, cujus pluribus locis meminit Livius, Strabo, Plinius, Ptolomæus, Mela, Silius, Spartianus, & alii. Hanc Civitatem arbitrantur, plerique ab Hadriatico, Venetoque mari ſumpſiſſe nomen; ſed planè falluntur, cum potius ita dicatur ab Hadria Romandiolæ Tranſpadanæ, ut poſtea dicemus, ſed interim ad inſtitutum noſtrum redeamus. Iſtæ duæ ſimul junctæ Eccleſiæ jam inde à ſua conſtitutione unum Romanum Pontificem immediatè venerantur, agnoſcunt, tametſi Theatinæ provinciæ cenſeantur. Pennenſis Epiſcopatus habetur mentio in capit. Qualiter de Elect. & in cap. Nup. de Teſt. Hadrienſis item C præantiqua dignitas eſt, cum ex Aterno illuc olim translata fuerit, Pelignorum civitate, ex cujus ruinis Piſcaria oppidum ſuam ſumpſit originem. Harum Eccleſiarum Præſulum ſeriem Mutius Panſa Doctor, ac civis Pennenſis promiſcuè concinnavit, quam ipſam nos reordinavimus, atque adauximus, ex uberiori Vaticanorum monumentorum, actuumque Conſiſtorialium cognitione adjuti.

## ADDITIO.

( ,, *Penna, cujus exordia ſepelivit oblivio, Apenni-*
,, *nis montibus dediſſe nomen ſunt qui velint. Certè con-*
,, *ſtat in Veſtinis principem locum olim tenuiſſe ab 5000*
,, *paſſuum circuitus ſumptuoſis ædificiis illuſtrata. Hanc*
,, *ſubegere Romani, & hi à Pennenſibus adjuti fuere con-*
,, *tra Carthaginem. Roma florente floruit & Penna, de-*
,, *inde ex declinatione Imperii Rom. ſimilem ſortita vi-*
,, *cem in anguſtum ambitum unius milliarii reſtricta mil-*
,, *le focularia complectitur, animas circiter 5000. Ejus*
,, *Cathedrale Templum B.V. Angelorum, Divoque Ma-*
D ,, *ximo Levita & martyri Civitatis Patrono dicatur,*
,, *antiquiſſimæ ſtructuræ: cui inſerviunt 10. Canonici, &*
,, *3. dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter, & Pri-*
,, *micerius; & unaquæq; dignitas alteri Canonicatui an-*
,, *nexa annuos percipit redditus 100. Scutor. ejus mone-*
,, *tæ; Canonicorum cenſus eſt 50. Ducatorum. Sex alii*
,, *Beneficiati Sacerdotes enumerantur, & Clerici, ſeu*
,, *Presbyteri inferiores circiter 25. deficit in his utraq;*
,, *Prebenda; Cura animarum in Cathedrali, & in aliis*
,, *5. Eccleſiis exercetur. Alia extat Collegiata, cui ad-*
,, *ſtant 4. Canonici. Virorum Monaſteria 7. computan-*
,, *tur, duo Monialium; adeſt Hoſpitale, mons Pietatis,*
,, *& Seminarium. Potentia, & divitiis olim floruit hic*
,, *Epiſcopatus. Carolus enim Magnus Pennam Provin-*
,, *cia Metropolim civilem declaratam cum plurimis Ca-*
,, *ſtris, & Pagis pleniſſimo juri Epiſcopi in perpetuum*
A ,, *ſubjecit circa an. 800. ut ex membranaceo antiquiſſi-*
,, *mo in Archivo Cathedralis aſſervato legitur in hæc*
,, *verba ipſo Carolo ſe profundente:* Et volentes dictam
,, Civitatem [*Penna*) honoribus ſublimare, donamus
,, eam Eccleſiæ Pennenſi, & vocamus eam Caput, &
,, Dominum totius Provinciæ Pennarum; quæ Pro-
,, vincia ſit etiam determinata à vertice montium,
,, qui ſunt per eam, & Pennini montes nuncupantur,
,, uſque ad mare: à ſiniſtris uſque ad flumen Piſariæ,
,, & à Septemtrione uſque ad flumen Vomani; quam
,, Provinciam totam eſſe volumus ſub Dominio, &
,, juriſdictione Civitatis Pennæ. *Quam largitionem*
,, *ſecuti Cæſares & Reges confirmarunt. Donec bellis per-*
,, *turbata Italia, Regnoque Neapolitano undequaque di-*
,, *ſciſſo dominium corruit Pennenſis Epiſcopi. Tandem*
,, *Carolo V. rerum moderatore Pennenſis Civitas, ejuſ-*
,, *que ditio ſub titulo Ducatus ceſſit in dotem Margari-*
,, *tæ Auſtriacæ Alexandro Medicæo deſponſatæ, quæ*
,, *prioris thalami vinculo ſoluta ad ſecundas nuptias*
,, *tranſiit Farneſianas, quo titulo Sereniſſimi Farneſii*
,, *Principes imperant, remanente tamen Epiſcopo civili*
B ,, *facultate adjudicandi in primis, ſecundiſque inſtantiis,*
,, *exigendi pœnas ex damnatis, & juramentum fidelis*
,, *adminiſtrationis à Magiſtratu. Pennenſi Epiſcopatui*
,, *Hadrianenſem Eccleſiam univit Innocentius, ita ta-*
,, *men quod cum Epiſcopus Hadriæ commoraretur, Ha-*
,, *driæ titulus præferretur, cum verò Pennæ, Pennenſis*
,, *primò Epiſcopus nuncuparetur. Sed exortis inde*
,, *controverſiis, è Romana Curia hujuſmodi decre-*
,, *tum exiit:* Congregatio rerum Conſiſtorialium cen-
,, ſuit, ſi Sanctiſs. D. N. placuerit, prænominandam
,, eſſe Eccleſiam Pennenſem, & non eſſe locum alter-
,, nativæ, & facta relatione Sanctiſs. probavit. *Hadria*
,, *vero unius milliaris circuitu perſtringitur, 1300. focu-*
,, *lariis repletur, ex quibus 8000. habitatores numeran-*
,, *tur. Cathedralis Eccleſia Deiparæ in cœlum Aſſumptæ*
,, *conſecratur, in qua divina perſolvunt 20. Canonici, &*
,, *horum quatuor habent dignitates annexas: adſunt alii*
,, *ſex Canonici nuncupati S. Gregorii, totidemque Bene-*
,, *ficiati diebus tantum feſtivis inſervire ſolitis, pluresq;*
,, *etiā Presbyt. & Clerici minores ad num. 160. Prædi-*
C ,, *ctarū Dignitatū major eſt Archidiacon. reliquæ ſunt*
,, *Archipresb. & duo Primicerii, & unaquæq; cōputatis*
,, *fructibus Canonicatus percipit annuū censū ducat. 150.*
,, *Canonicatus vero 100. Sex Canonicis S. Gregorii, &*
,, *Beneficiatis exigua portio eſt aſſignata. Adſunt Præbē-*
,, *dæ Theologalis & Pœnitentialis. Cura Animarum exerce-*
,, *tur in Cathedrali per Sacerdotem ad nutum Capituli amo-*
,, *vibilem, & in altera Eccleſia S. Nicolai nuncupata exiſtūt*
,, *in Civitate octo Virorum, duo Sacrarum Virginū Cœnobia:*
,, *duo Hoſpitalia, mons Pietatis, & Seminarium Utraq; Diœ-*
,, *ceſis eſt ampla ad longitudinem, & latitudinem 30. M.P.*
,, *habens ſub ſe Terras, Oppida, & Pagos circiter 80. in his*
,, *plurimæ Domus Clauſtrales, & Abbatiæ Conſiſtoriales ex*
,, *Ord. S. Benedicti Cardinalibus commendari ſolitæ. Emi-*
,, *net inter has celeberrima Abbatia S. Bartholomæi de Car-*
,, *pineto poſtea unita Ciſtercienſibus Caſænovæ 500. jam o-*
,, *lim Monachorum domicilium, ampliſſimi juris tum Civilis,*
,, *tum ſpiritualis. Cæterum hujus Eccleſiæ taxa Rom. eſt Fl.*
,, *400. annuus cenſus 1000. circiter Scutorum.* Luc.)

1. S. PATRAS, *a* unus ex 72. Chriſti Diſcipulis Pennenſem fundavit Eccleſiam, ejuſdemque primus Epiſcopus fulſit. (1) I.

*a* Al Patras.

D 2. ROMANUS, floruit ſub Symmacho Pont. Max. an. 499. (2) II.

3. AMIDÆUS, ſive Amodæus, an. 817. illius meminit Bibliothecarius an. 844. cum conſecrationi Ludovici filii Lotharii Imperatoris in Longobardorum Regem ſub Sergio Papa II. interfuiſſet.* Hic à Lothario I. Imp. privilegium, ſeu confirmationem indultorum Eccleſiæ ſuæ obtinuit, cujus habetur exemplar vetuſtate penè exeſum in Pennenſis Epiſcopii tabulario, ſub hac verborum formula conceptū III.

* Ex App. t. 7.

*In Nomine D.N.J.C. Amen. Hlotarius divina ordinatione providentia Imperator Auguſtus.*

*Noſtra Imperialis Excellentiæ augmentum eſt, ſi fidelium noſtrorum petitionibus libenter annuimus, maxime*

(6) Hinc ſanè, aliiſque de cauſis apud Summos Pontifices magnæ æſtimationis Pennenſis Cathedra, cui cum inſidere delectos Viros jubebant, his verbis in literis Apoſtolicæ expeditionis deſumptis ex tabulario hujus Epiſcopii uti ſolebant: *Celebrem, ac nobilem Eccleſiam Pinnenſem tibi tradimus regendam. Lucent.*

(7) Et memoratur in Synodo Rom. ejuſdem anni *Pinnenſium* Epiſcopus, cujus nomine ſubſcripſit Valentinus Amiterninus Epiſcopus. *Lucent.*

*ximè ſacerdotum, quorum precibus nos Deo appropinqua-
re confidimus. Igitur noverit magnitudo fidelium S. Ec-
cleſiæ, atque noſtrorum præſentium videlicet, & futuro-
rum, quia Amadeus ven. Pennenſis Urbis Epiſcopus ad cle-
mentiam noſtram veniens oſtendit nobis præceptum ſcriptū
auctoritate ſancitum ſuper rebus Eccleſiæ, cujus Dominus
eum commiſit præeſſe Paſtorem, in quo continebatur, ut nemo
publicæ rei Judex, vel quislibet è judiciaria poteſtate urbis
Eccleſias vel agros juſtè, & rationabiliter ad vos, vel veſtræ
ſedis Eccleſiam pertinentes ingredi audeat ad cauſas au-
diendum, vel quippiam exigendum, vel aliquas redditiones
requirendo. Itaque deprecatus eſt faſtigium ſublimitatis no-
ſtræ, & petiit, ut præcepto noſtræ authoritatis & renovatio-
nis juberemus idem præceptum corroborari, & innovari.
Quapropter ejus precibus clementer annuentes, hoc præce-
ptum noſtræ corroborationis decernimus fieri ad prioris præ-
cepti confirmationem, & jubemus, ut ſicut ſupra dictum eſt,
nullus Judex, nec publicæ actionis exactor urbem aut villas,
aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones jam nuncupatæ ſuæ Ec-
cleſiæ injuſtè ſubire audeat, vel ad cauſas audiendum, vel
quippiam exercendum in judiciaria poteſtate, ſed per hoc
noſtræ conſtitutionis decretum liceat memorato Epiſcopo vi-
ro ven. ſuiſque ſucceſſoribus prædictæ Sedis Eccleſiam re-
ctoris . . . . . cum Clericis, & cum omnibus ſuis homini-
bus quietè, & pacificè per ventura tempora vivere, & poſſi-
dere, & pro nobis, & conjuge, ſeu liberis noſtris, nec non pro
regni noſtri ſtabilitate, & augmento largiter Domini noſtri
miſericordiam implorare. Et ut hujus noſtræ juſſionis inſti-
tutio pleniorem in Dei nomine, & ſtabiliorem vigorem obti-
neat, manu propria, & ſigno noſtro juſſimus adſignare.*

*Signum Sereniſſimi*



*Hlotarii Imperatoris*

*Altimarus Cancellarius. Datum ſub Jan. menſe anno
Chriſti propitio Imperii . . . . . . D. Holotarii Imp. . . . .
Actum in noſtro palatio regio in Dei nomine Amen.*

IV. 4. JACOBUS apud Baronium an. 844. (1)
VI. 5. HELMANNIUS *a* an 862. (2) ad quem decreta-
lem epiſtolam Joannes Papa VIII. direxit, arguens
eum, quod ad Synodum non acceſſerit, jubens ſtatuta
die ad ſe venire, interim quemdam abſolvere, quem
injuſtè excommunicaverat.

*a* Al. Hermanius, ſeù Helmoinus.

V. 6. GIRALDUS, ſeù Grimaldus, in Cathedra-
lem tranſtulit oſſa SS. Maximi Levitæ, & Sociorum
Martyrum, pompa auguſtiori, ſubque majori altari
honorificentius collocavit an. 868.
VII. 7. GAIDOLPHUS Berardi Pennenſis Comitis
frater, memoratur in fundatione Monaſterii S. Bar-
tholomæi de Carpineto Pennen. Diœceſis, ab eodem
Comite Berardo fundato an. 962. donationis tenor
eſt hujuſmodi, ex tabular. Cœnobii Caſæ novæ Ord.
Ciſt. hujus Diœc. ſcripta.

*In dei nomine, anno ab Incarn. Dom. 972. die
14. Martii indict. 4. Imper. Othone an. 2.*

*BErardus quondam Luidani filius Comes Comita-
tus Pennenſis à flumine Taba uſque ad flumen Pi-
ſcariæ præſenti ſcripto declarat, quondam quadam in-
firmitate gravatus jaceret, cogitaverit qualiter in pecca-
tis conceptus eſſet, & qualiter per dies ſingulos peccata
commiſit, quibus penſatis, quæſivit conſilia à Religioſis
viris, quomodo poſſet peccata redimere, vidit nulla poſ-
ſe facere opera charitatis, quam conſtruere aliquod mo-
naſterium, & de rebus ſuis dotare illud, ut Monacho-
rum cætus in eo valeat Deo famulari, & pro animabus
anteceſſorum ſuorum, & ſua Deum inceſſanter orare,
& ab eo Monaſterio poſſet recipere alimonia tempore*



A *neceſſitatis Chriſti pauperes; poſt hæc autem cœpit cogi-
tare infra ſe, & quærendo locum aptum, & Deo conce-
dente invenit in ſuo comitatu locum ſatis habile ad fun-
dationē Monaſterii excogitati in contractu ad radices
montis Apennini, in loco qui dicitur de Lecena, poſito
in inſula, quæ inter flumen Nares, & Rium de Vite, in
quo loco fecit conſtrui monaſterium in honorem Dei, &
B. Bartholomæi Apoſtoli monaſterium cogitatum, in quo
adhibito ſolemni cætu monachorum eorū votis cōcurren-
tibus ab ipſo toto Collegio, vir multæ ſanctitatis D. Be-
nedictus canonice eſt electus Abbas, & debito modo con-
firmatus, quibus Abbati, & monaſterii Congregationi
tanquam fundator ipſius novi monaſterij, infraſcripta bo-
na ſua ſtabilia titulo liberalis donationis conceſſit, vide-
licet, per circuitum monaſterii, tantum de terris quod
capit, ſcilicet ſemine modios 300. pro faciendis campis
& vineis dicti S. Cœnobii, & montem Summati, qui eſt
ſitus . . . ſupra ipſum Monaſterium. Dat etiam, & con-
cedit titulo prædicto Abbati jam dicto, & toti Congrega-
tioni ejuſdem Cœnobii pro ipſo monaſterio, caſtellum Car-*
B *pinetum, & caſtrum Brittori, & caſtellum quod dicitur de
Fara, & locum qui dicitur Balicum, cum hominibus, juri-
bus, & pertinentiis ſingulis ipſorum caſtrorū, ipſum Abba-
tem, & collegium induxit in poſſeſſionem dictorum ca-
ſtrorum, & locorum in perpetuum retinere, & poſſidere
concedit ipſi monaſterio. . . . ſuam, quæ dicitur ſanguinetum
per menſuram modiorum centum, exhibens etiam fratri-
bus, & familiæ ejuſdē S. Cœnobii liberam licentiam con-
ſtruendi Molendina, & Valcatoria ubicumque voluerint
per totum comitatum ſuum, & vendendi, & emendi, &
paſcua liberè ſumendi pro animalibus ſuis in omnibus lo-
cis totius ſui comitatus, & hanc donationem, conceſſio-
nem ſtabilem, & perpetuam juxta Caroli Imperatoris ca-
pitularia, videlicet ſi quis Longobardus de rebus ſuis volu-
erit aliquam donationē facere alicui pio loco liberè poſſit
abſolutè, & juxta Luitprandi Regis capitula. Si quilibet
Longobardus ægrotaverit &c. poteſtatem habeat dum
vivit, & recte loqui poteſt pro anima ſua juxta votum ſu-
um facere teſtamentum &c. voluit etiam, ut ipſum dictum
monaſterium ſic fundatum, & donatum cum omnibus re-*
C *bus ſuis ſit liberum, & nulli unquam ſubjectum, nec ſibi
nec alicui de generatione ſua ad præſtandum, ſeu etiam
faciendum aliquid tenetur aliquo modo, niſi tantummo-
dò ad ſolam rationem faciendam, & exhibendam piam
eleemoſynam miſerabilibus perſonis, & pauperibus D. N.
J. Chriſti pro anima ſua, & recolenda memoria Luidani
Patris ſui, & omnium prædeceſſorum ſuorum, & pro ani-
ma Gaidolfi Rev. & Ven. Epiſcopi germani ſui, & pro
anima genitricis & uxoris ſuæ, pro quibus bona ſumus om-
ni tempore facere obligati, & ut Dominus per orationem
ipſam ſanctam, monaſterium, & donationem præfatam
ſanctarum eleemoſynarum, & alia ſupradicta bona miſe-
ricordiam, & veniam per ſuam pietatem nobis tribuat.
Actum anno, menſe, ut ſupra in dicto comitatu Pennen.
Signum manus Berardi, qui hanc donationem pro re-
demptione animæ meæ feci. Benedictus ejuſdem Berardi
curiæ judex, atque librarius rogatus, & de ejus mandato
teſtis aſtiti. Signum Joannis rogatus teſtis. Signum ma-
nus Leonis teſtis. Signum manus Boſſa. Signum Azolini.*
8. JOANNES ſuperſtes erat ad annum 963.* Ejus VIII.
D intuitu, ac precibus Adeladæ uxoris Otho Imp. ann.
968. res & bona Pennenſis Epiſcopatus, atque Ante-
ceſſorum ſuorum Cæſarum privilegia confirmavit, ut
ex ſubjecto diplomate percipi poteſt ex eodem Ca-
thedralis tabulario exſcripto.

* Ex App. tom. 9.

*In Nomine S. & individuæ Trinitatis Otho
divina favente clementia Imper. Auguſtus.*

*Juſtis fidelium noſtrorum petitionibus, maxime eo-
rum quibus ſuadent largitatis noſtræ munera locis ſacris
& divino cultui mancipatis præbere aures munificentiæ
inclinati, plurimum nobis ad Imperii ſtabilitatem, &
divinæ remunerationis præmium prodeſſe confidimus,
nec non & fideles noſtros promptiores, & devotiores id
efficere non ambigimus ad famulatum. Quo circa nove-*



(1) Amidæi, non autem Jacobi nomen deſcribitur apud Baronium. Cæterum iſte Jacobus poſt Amidæum in tabulario hujus Eccleſiæ inſcribitur incerto anno. *Lucent.*

(2) 872. Eo enim anno electus Pontifex eſt Joannes VIII. qui alteram quoque Epiſtolam Helmoino dedit, qua ei committit cauſam cognoſcendam mulieris, quæ vi, miniſque coacta religioſum habitum ſuſceperat. Utramque Epiſtolam ſcriptam vult Harduinus in noviſſ. Concil. editione anno 879. Cæterum hunc Helmoinum poſt Giraldum vixiſſe temporis inſpectio nos docet.

rit omnium S. Eccleſiæ fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia, Addaidem noſtram dilectam conjugem Imperatricem Auguſtam culminis noſtri ſublimitatem adiiſſe, obnixe poſtulando, quatenus pro Dei amore, facinorumque noſtrorum abſolutione, Epiſcopatus S. Pennenſis Eccleſiæ declarari deberemus, videlicet in honorem S. Maximi Martyris Chriſti, quod eſſe videtur, & ven. Epiſcopo Joanni noſtro chariſſimo fideli confirmare, & omnino corroborare dignaremur omnia, quæ ab anteceſſoribus noſtris, & exteris hominibus Deum timentibus eidem Epiſcopatus conceſſa ſunt, & quod idem Epiſcopatus tenuit, & tenet, ex quo fundatus eſt, tam per præcepta prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per precaria, & offerſiones, & chartulas donationis, atque per inveſtituram, & commendationem, & per quæcumque inſtrumenta chartarum, ſeu per cuiuſcumque ſcriptionis titulum. Nos quoque conſiderantes, atque fidelitatem, & ſanctitatem prædicti Joannis Epiſcopi, animo inclinati precibus ejus, Nos denique illum inveſtimus, confirmamus, & corroboramus prædictæ B Pennenſis Eccleſiæ Epiſcopio omnia perceptaria à prædeceſſoribus noſtris eidem ſacroſancto loco collata, ſeu eorum quæcunque à religioſis, & Deum diligentibus hominibus conceſſa ſunt tam per precaria, & offerſiones, & chartulas donationis, & inveſtituram, & commendationem, ſeu etiam ſicut ſupra legitur per quæcumque inſtrumenta chartarum, concedimus tibi omnia in integrum, ad habendum, tenendum & in perpetuum poſſidendum una cum civitate & omnibus ædificiis ſuper ſe habentibus, campis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, ſalectis, molendinis, mobilibus & immobilibus, utriuſque ſexus familiis, ſervis, & ancillis, aldionis & aldiabus & cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ad jus jam nominatæ Eccleſiæ perventis, pertinentibus, & quæ pertinere videntur, & omnia in Epiſcopatu ſeu Johannes ibidem Epiſcopus, vel ſucceſſeres ſui, ipſique Canonici ſub noſtri Mudburdi tuitione, vel defenſione cum omnibus earum exhibitionibus, & redhibitionibus, & utriuſque ſexus familiis, ſervis, ancillis, aldionis, & aldiabus, libellariis, C chartulariis, precariis, & præſtariis, reſidentibus, & commendatariis, & cum omnibus, quæ nunc prælibata Eccleſia vel canonicè tenet, vel in antea Deo propitio acquirere poterit, ea ratione videlicet, ut amodo inantea nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, neque Gaſtaldio, ſeu quilibet Reipublicæ exactor, ſeu quæcunque magna, remiſſaque perſona prædictæ Pennenſi Eccleſiæ & Canonicis res in ſuas poteſtates uſurpare præſumat, nec liberos & ancillas, aldiones, & aldianas ibidem commorantes moleſtare in magno, vel in parvo præſumat neque ad placitum eorum ire cogat neque de omnibus, quæ poſſident, diſueſtire attemptent, nec placitum ſupradictis rebus.... Si quis igitur confirmationis, præcepti, ſeu ceſſionis Mudburdi violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prænarratæ Pennenſi Eccleſiæ atque Johanni Epiſcopo, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roboratas, & anuli noſtri ſigno præcipimus roborari. D



Signum domi- ni Othonis ma-
gni Imperato- ris.

Ambroſius Cancellarius ad Vicem.....Epiſcopi & Archicancellarii. Datum 4. Nonas Madii anno Dom. Incarn. DCCCCLXVIII. Imperii vero D. Othonis piiſſimi Cæſaris vij. Indict. xi. Actum in Comitatu Pinnenſi juxta flumen, quod nuncupatur Ricaria in Dei nomine feliciter. Amen.

X. 9. BERARDUS Pennenſibus jus dixit divinum, Epiſcopique munere functus eſt an. 1055.

XI. 10. IOANNES Felertanus Monachus Cœnobii A S. Liberati, Epiſcopus fuit anno 1057.* Poſt duos vero ſuæ adminiſtrationis annos à Nicolao II. Pontifice bonorum ſui Epiſcopatus confirmationem recepit hoc cuſo diplomate, cujus tenor è tabulario ejuſdem Eccleſiæ exſcriptus ſic ſe habet. *Ex A… tom7.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto Confratri Joanni Pennenſi Epiſcopo, & per te Eccleſiæ S. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris, ac Levitæ Maximi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.*

*Officii noſtri eſt omnibus Eccleſiaſticis utilitatibus providere, & juſtis deſideriis, ac petitionibus prŏpto animo indulgere, unde quia petiſti à nobis chariſſime confrater, ut per noſtri privilegii paginam tuæ Eccleſiæ, & tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetualiter confirmaremus omnia, quæ prædictæ Eccleſiæ juſtè, & legaliter competunt, petitioni tuæ gratanter annuentes, per hujus noſtræ Conſtitutionis decretum, & Apoſtolicæ Sedis edictum concedimus, & confirmamus tibi, ſicut ſuperius legitur in perpetuum quicquid in prænominatæ Eccleſiæ Epiſcopio B. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris & Levitæ Maximi in præſentiarum poſſides, quæque in futurum quocumque modo divinis, & humanis legibus cognitis acquirere poteris, ſcilicet ipſum Epiſcopatum cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ſuis, & pertinentiis, mobilibus, & immobilibus, ſe ſeque moventibus, caſtris, villis & territoriis, Eccleſiis cum primitiis, & decimalibus, & cum omnibus, quæ ibi pia devotio fidelium ſacris contulit oblationibus, tam pro ſalute vivorum, quam etiam pro mortuorum. Statuentes per hoc hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui annuente Deo præeſſe dignoſcimur, inviolabilem conſtitutionem, ut nullus Imperator, Marchio, Comes, Vicecomes, aut alia qualibet magna, parva, cujuſcunque dignitatis, vel ordinis perſona contra hoc noſtrum privilegium præſumat jam dictum Epiſcopium, aut te, cariſſime fili, tuoſque in perpetuum ſucceſſores de bonis ſuis diveſtire, inquietare, aut aliquid ibi contra ſacros canones conſtituere, vel ordinare. Si quis igitur ei ſicut à noſtra Apoſtolica auctoritate conceſſum, & conceſſa . . . . pertinere non permiſerit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & auctoritate B. Petri Principis Apoſtolorum, nec non cum diabolo, & Juda traditore D. N. J. Chriſti eos in incendii concremari ſupplicio, & inſuper ſciat ſe daturum 10. auri libras ſcilicet medietatem noſtro ſacro Palatio, & medietatem prædicto Epiſcopio. Qui vero intuitu pio obſervator in omnibus extiterit, cuſtodiendo hujus noſtri privilegii conſtitutionem, vel cultum Dei reſpiciendo, benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo habeat, & vitæ æternæ particeps ſit, & miſereatur in ſæcula ſæculorũ. Datum Romæ 6. Non. Maji anno Dom. noſtri Jeſu Chriſti 1059. per manus Humberti S. Eccleſiæ Silvæ Candidæ Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii. Anno I. Pontificatus D. Papæ Nicolai II. Ind. 12.*

Hic Nicolai II. tempore amore ſolitudinis, Epiſcopali munere ſe exſolvit, inque clauſtrorum ſepta vitæ tranquillioris ſanctiſsima otia excoluit diligentiſsimè. Cujus Petrus Dam. Cardinalis meminit in epiſtola ad Nicolaum II. cum apud eumdem exemplo Felertani, cur & ipſe Epiſcopali munere abiiſſet, ſe excuſaret.

D 11. PAMPUS, ſub Alexandro II. ann. 1061. confirmat omnia bona Abbati S. Bartholomæi de Carpineto anno 1085. menſe Aprili. * Donaverat antea Pampo Sampſoni Abbati, & Conventui eidem S. Bartholomæi Plebem S. Mariæ de Canniano cum caſtello de Cateniano, aliiſque bonis cum conſenſu ſuorum Canonicorum, ut in veteri Chartophylacio exprimitur. XII. *Ex Ap… tom.7.

*Pampo Eccleſiæ civitatis Pennen. Epiſcopus.*

*Quæ Eccleſia eſt ædificata in honorem S. Mariæ Genitricis Dei, & S. Maximi, ipſo Almifico Præſule electo, atque omnino ordine Papæ, per conſenſum D. Iſebarti Præpoſiti, Joannis Cuſtodis, & aliorum Canonicorum, qui ordinati ſunt in officio de S. Epiſcopatu, & per conſilium Benedicti Presbyteri de Cateniano, & Joannis Abbatis, & aliorum, donat monaſterio Eccleſiæ S. Bartholomæi, quod eſt ædificatum in territorio Pennenſi infra ipſa tenentia de Carpineto in colle de Lecina juxta fluvium de Naura, & rivum de Vite, & pro ipſo mona-*

*ſterio Sanſo Abbati ejuſdem monaſterii rem Juris de dicto S. Epiſcopatu, videlicet Plebem S. Mariæ de Cateniano, & caſtellum de Cateniano, Onerano, Locretano, Geneſtrula, Carpineto, Brittole, & Fara cum omnibus inquantum ad Epiſcopatum pertinet, & pertinere debet de dictis caſtellis cum clauſula, quod aliquid non alienetur ſine licentia Epiſcopatus, cum onere tamen reſponſionis annui cenſus Eccleſiæ Pennenſi in feſto Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſeu per totam octavam dictæ feſtivitatis denariorum XII. pro reparatione Eccleſiæ Pennen. prout latius apparet in quodam chirographo ſub anno Dom. 1070. 6. menſ. April. Ind. 13.*

*Actum Pennæ feliciter.*

*Ego Pampo Epiſcopus in hoc ſcripto una cum conſenſu D. Iſembardi Præpoſiti, & per conſenſum Joannis noſtræ Eccleſiæ Cuſtodis, & omnium Canonicorum manum meam poſui, & illud confirmavi,*

† *Signum manus Ornini teſtis.*
† *Signum manus Boni teſtis.*
† *Signum manus Paſtoris teſtis.*

XIII. 12. ÆRIBERTUS, ſeu Heribertus floruit anno 1112. qui donationem Pampi prædeceſſoris confirmavit monaſterio S. Bartholomæi factam, quæ talis tenoris legitur, inſulſis quidem verbis undequaq; barbariſmis ſcatentibus, ut illa ferebat ætas.

*In Dei nomine.*

*Scriptum convenientiæ, quod fecit D. AEribertus Epiſcopus de ipſa Eccleſia Epiſcopale S. Mariæ, & S Maximi, quæ ædificata eſt infra ipſe muri de civitate Pennenſi ipſe almifice præſul electus. atque omni ordine PP. atque cuncto clero, & populo generaliter ipſe Epiſcopus pro ſua bona voluntate, & conſentiente D. Morico Archipresbytero, & Berardino Archidiacono, & P. Joannes Leoni, & Deo presbyter, & alii canonici, qui præordinati ſunt, in offitio de S. noſtro Epiſcopatu, ego AEribertus Epiſcopus noſtra bona valuntate conſentientes .... ſupra dicti dono, trado, atque confirmo ipſum monaſterium S. Bartholomæi, quod ædificatum eſt infra Territorio Pennen. ab ipſo vocab. Colle de Lacena, & ad tibi D. Joannes inventus vir ven. Abbas de ipſo monaſterio S. Bartholomæi, vel poſteriſque ſucceſſoribus tibi per ipſum ſcriptum confirmo omnia, quæ prædeceſſor meus Pampo Epiſcopus dedit, & conceſſit ipſo monaſterio S. Bartholomæi, & inſuper dono, & trado, atque confirmo ad ipſo monaſterio S. Bartholomæi, hoc eſt de S. noſtro Epiſcopatu in ipſa Eccleſia S. Joannis ab ipſo vocabulo Bangio, cum libris & campaneis, calicis, & paramentis, & omnia ornamenta Eccleſiarum cum cellis, & dotis, & ... cum terris, & tenentia, & pertinentia quantum ad ipſa noſtra Eccleſia Epiſcoli pertinet, & pertinere debet, & ipſum caſtellum de Vicula, & della Penna, & de Cavilioni iſta, & omnia quod deceſſor noſter dedit ad ipſo denominato monaſterio, ego Heribertus Epiſcopus dono, & trado, atque confirmo, quantum verò ad noſtrum Epiſcopatum pertinet, & pertinere debet, omnia, & in omnibus per ipſum ſcriptum confirmavimus, & concedimus ad ipſo monaſterio S. Bartholomæi, & ad tibi ſupradictus D Joannes Abbas, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis, ut habeatis, teneatis, & poſſideatis tenendum ad eſcultandum, & omnia faciatis quidquid exinde facere volueritis, vel vobis operæ pretium fuerit, nam non vendendi ſunt donandi, nec alicui loca penitus comandandi, nec quod nullo ingenio in alterius poteſtate mittendi, & in cenſum debeatis dare per ipſum confirmare, & noſtram Eccleſiam reſtaurare infra menſem Auguſti, in Aſſuntione S. Mariæ, aut infra ipſam octavam denarios xii. ad ipſam S. noſtram Eccleſiam Epiſcopalem ibidem donetis. & ibidem relaxetis, & inſuper ſolvatis in uno anno, aut in duo ſecundum æqualitatem temporum, aut unum bovem, aut in veſtra mobilia rendatis ad ipſa noſtra Eccleſia Epiſcopale, & ſi hoc feceritis, & impleveritis, habeatis, & poſſideatis ſine omni calumnia promitto, & obligo me ego ſuprad. Herbertus Epiſcopus ad tibi ſupradicti D. Joannes Vir Ven. Abbas, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis iſta noſtra donatione, & conceſſione ante ſtare, & defendere debemus ab omni homine, quam ſi defendere noluerimus, aut iſtum ſcriptum frangere, vel cauſare, vel minuere, aut retollere præſumpſerimus .... D. Heribertus Epiſcopus, aut nullus à poſteris ſucceſſoribus meis .... fuerit excommunicatione Præſulis, cum cuncta noſtra .... paternarum maledictione incurrat, & à tribus centum x. & viii. Patribus, & in Nicæno Concilio, & ſanctorum Cartulæ conſtituerunt*

A *.... ab ea maledictiones anathematizatus, & excommunicatus cum Satan, & Abiron, & cum Juda traditore in infernum demerſus ſit in æternum.*

*Ego Heribertus Epiſcopus .... ſucceſſoribus meis ad tibi ſupradicto Joanni Abbas, vel à poſteris tuis ſucceſſoribus, & ad ipſo Monaſterio ſibi injurie ablata fuerit, & iſtum ſcriptum omni tempore firmiter ſtare, & manutenere, ego Mainardus not. & iudice.*

*Ego Heribertus Epiſcopus in iſto ſcripto manum meam miſi, & confirmavi, & ſignum Crucis † manu mea ſignavi. Ego Maurico Archipresbyter manum meam in iſto ſcripto miſi, & ſignavi. Ego Berardus Archidiaconus manum meã in iſto ſcripto, & confirmavi. Signum manus Americi in iſtũ ſcriptum teſtis ſum vocatus. Signum manus Ammoni in ipſum ſcriptum teſtis ſum rogatus manus Joannis in iſtum ſcriptum teſtis ſum rogatus anno Domini 1112. ind. 5.*

13. GRIMALDUS temporibus Paſchalis II. Papæ electus, vixit circa annum 1115. de quo in vita S. Berardi Epiſcopi Marſorum mentio habetur. Extat in tabulario ejuſdem Monaſterii S. Bartholomæi XIV.
B de Carpineto ejuſdem Grimaldi confirmatio omniũ bonorum per Anteceſſores ſuos eidem monaſterio facta anno 1123.

*In Dei nomine.*

*Scriptum convenientiæ quod fecit D. Grimaldus Epiſcopus Pennenſis, & alii ipſe Almificus Præſul electus, atque ordinatus ab omni ordine Paſchali PP. & à clero populo generaliter ipſe prædictus Epiſcopus ſua bona voluntate conſentientibus ſibi ſcil. Mauritio Archipresbytero, Bernardo Archidiacono. Joanne Præpoſito, Leo Manſionario, Petro presbytero Roccæ filio, Giſo presbytero Leonis filio, Henrico Diacono Giſonis filio, Rainaldo Gramatico, & cum omnibus aliis Clericis convocatis ab Epiſcopo ego prædictus Grimaldus Epiſcopus Pennenſis ſcriptum convenientiæ, ego trado confirmo ipſi monaſterio S. Bartholomæi Apoſtoli conſtituto ad Collem de Leſina. & tibi ven. viro D. Joanni Abbati, veſtriſque ſucceſſoribus ipſum Monaſterium ſemper regentibus omnia, quæ ipſi anteceſſores mei liberè, & Pampo Epiſcopus, & Herbertus Epiſcopus donaverunt, tradiderunt, & per ſcriptum confirmaverunt, & de rebus proprietatis noſtræ Pennenſis Eccleſiæ Epiſcopatus, S. Mariæ, & S. Maximi vid. Caſtrum Catiniani & Oncezani cum ipſa plebe S. Mariæ, & cum ſuis pertinentibus Eccleſiis, & Clericis, cum chriſmate, & oleo, ornamentis Eccleſiarum, terris, vineis cultis, & incultis, quartam, & decimas eodem modo Caſtrum Ocretani, & Geneſtrule, Carpinete, Faſe, Brittoli de iſtis omnibus ſupradictis Caſtris, & de ipſa plebe S. Maria dederunt, & confirmaverunt ipſi prædeceſſores mei, ſcil. Pampo Epiſcopus, & Herbertus Epiſcopus ipſi ſupradicto Monaſterio S. Bartholomæi quantum ad noſtrum Epiſcopatum pertinet, vel pertinere debet, inſuper Eccleſia S. Joannis in Bangio, & Caſtrum viculi Pennæ, & Caſtilioni, quod D. Herbertus Epiſcopus dedit in ipſo ſupradicto S. Monaſterio, hæc omnia ſupradicta confirmo, & concedo ego ſupradictus Grimaldus Epiſcopus ad ipſum ſupradictum Monaſterium S. Bartholomei, & tibi Joannes Abbas, veſtriſque ſucceſſoribus, & de iſtis tribus ſupradictis Caſtris vid. De Caſtro viculi, Pennæ, & Caſtellioni convenientiam commutationis inter Eccleſiam Pennenſem, & Eccleſiam S. Bartholomæi fecimus quod ego ſupradictus Grimaldus Epiſcopus recepi Caſtrum Viculi, ſive Eccleſia B Nicolai, & ſepulturæ bonorum hominum voluntarie, & dedi tibi Abbati Caſtrum fabrice cum omnibus, quæ ad noſtram Eccleſiam pertinent, & pertinere debent, inſuper ipſe Abbas dedit in beneficio, & in feudo Caſtrum Penne, & Caſtillionis, ut annualiter reddamus ſibi, & ſucceſſoribus in feſtivitate S. Bartholomæi uſque in octava dicti feſti ſex., & ſi ad dedicandam aliquam Eccleſiam ipſius monaſterii invitatus fuero, ſine præſtimonio libenter, Epiſcopalia, & ſi in aliqua cauſa neceſſitatis provocatus fuero, adjutorium, & conſilium impendam. Hoc ſcriptum convenientiæ deſſinitum eſt intus in Civitatem Pennenſem in Eccleſia S. Mariæ, S. Maximi ante præſentiam D Epiſcopi, & Clericorum ejus, & Giſonis Abbatis S Clementis, & Guaſterii filii Berardi. Joannis Hifredi, & aliis plurimis hominibus ſedentibus, aſtantibus; & in cenſum debeatis dare in noſtram Eccleſiam Epiſcopalem propter iſtum ſcriptum confirmare, & noſtram Eccleſiam reſtaurare per omnes annualiter infra menſem Auguſtum in Aſſuntione B. Mariæ, aut in ra ipſam octavam denarios xii. rationem ibidem por-*

A *rit omnium S. Eccleſiæ fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia, Addaidem noſtram dilectam conjugem Imperatricem Auguſtam culminis noſtri ſublimitatem adiiſſe, obnixe poſtulando, quatenus pro Dei amore, facinorumque noſtrorum abſolutione, Epiſcopatui S. Pennenſis Eccleſiæ declarari deberemus, videlicet in honorem S. Maximi Martyris Chriſti, quod eſſe videtur, & ven. Epiſcopo Joanni noſtro chariſſimo fideli confirmare, & omnino corroborare dignaremur omnia, quæ ab anteceſſoribus noſtris, & exteris hominibus Deum timentibus eidem Epiſcopatui conceſſa ſunt, & quod idem Epiſcopatus tenuit, & tenet, ex quo fundatus eſt, tam per præcepta prædeceſſorum noſtrorum, ſeu etiam per precaria, & offerſiones, & chartulas donationis, atque per inveſtituram, & commendationem, & per quæcumque inſtrumenta chartarum, ſeu per cuiuſcumque ſcriptionis titulum. Nos quoque conſiderantes, atque fidelitatem, & ſanctitatem prædicti Joannis Epiſcopi, animo inclinati precibus ejus, Nos denique illum inveſtimus, confirmamus, & corroboramus prædictæ Pennenſis Eccleſiæ Epiſcopio omnia perceptaria à prædeceſſoribus noſtris eidem ſacroſancto loco collata, ſeu*

B *eorum quæcunque à religioſis, & Deum diligentibus hominibus conceſſa ſunt tam per precaria, & offerſiones, & chartulas donationis, & inveſtituram, & commendationem, ſeu etiam ſicut ſupra legitur per quæcumque inſtrumenta chartarum, concedimus tibi omnia in integrum, ad habendum, tenendum & in perpetuum poſſidendum una cum civitate & omnibus ædificiis ſuper ſe habentibus, campis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, ſalectis, molendinis, mobilibus & immobilibus, utriuſque ſexus familiis, ſervis, & ancillis, aldionis & aldiabus & cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ad jus jam nominatæ Eccleſiæ perventis, pertinentibus, & quæ pertinere videntur, & omnia in Epiſcopatu ſeu Johannes ibidem Epiſcopus, vel ſucceſſores ſui, ipſique Canonici ſub noſtri Mudburdi tuitione, vel defenſione cum omnibus earum exhibitionibus, & redhibitionibus, & utriuſque ſexus familiis, ſervis, ancillis, aldionis, & aldiabus, libellariis,*

C *chartulariis, precariis, & præſtariis, reſidentibus, & commendatariis, & cum omnibus, quæ nunc prælibata Eccleſia vel canonicè tenet, vel in antea Deo propitio acquirere poterit, ea ratione videlicet, ut amodo inantea nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, neque Gaſtaldio, ſeu quilibet Reipublicæ exactor, ſeu quæcunque magna, remiſſaque perſona prædictæ Pennenſi Eccleſiæ & Canonicis res in ſuas poteſtates uſurpare præſumat, nec liberos & ancillas, aldiones, & aldianas ibidem commorantes moleſtare in magno, vel in parvo præſumat neque ad placitum eorum ire cogat neque de omnibus, quæ poſſident, diſveſtire attemptent, nec placitum ſupradictis rebus.... Si quis igitur confirmationis, præcepti, ſeu ceſſionis Mudburdi violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prænarratæ Pennenſi Eccleſiæ atque Johanni Epiſcopo, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roboratas, & anuli noſtri ſigno præcipimus roborari.*

D

*Signum domi- gni Imperato-*



*ni Othonis ma- ris.*

*Ambroſius Cancellarius ad Vicem ...... Epiſcopi & Archicancellarii. Datum 4. Nonas Madii anno Dom. Incarn. DCCCCLXVIII. Imperii vero D. Othonis piiſſimi Cæſaris vij. Indict. xi. Actum in Comitatu Pinnenſi juxta flumen, quod nuncupatur Ricaria in Dei nomine feliciter. Amen.*

X. 9. BERARDUS Pennenſibus jus dixit divinum, Epiſcopique munere functus eſt an. 1055.

XI. 10. IOANNES Felertanus Monachus Cœnobii

A S. Liberati, Epiſcopus fuit anno 1057. * Poſt duos vero ſuæ adminiſtrationis annos à Nicolao II. Pontifice bonorum ſui Epiſcopatus confirmationem recepit hoc cuſo diplomate, 'cujus tenor è tabulario ejuſdem Eccleſiæ exſcriptus ſic ſe habet.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto Confratri Joanni Pennenſi Epiſcopo, & per te Eccleſiæ S. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris, ac Levitæ Maximi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.*

*Officii noſtri eſt omnibus Eccleſiaſticis utilitatibus providere, & juſtis deſideriis, ac petitionibus prompto animo indulgere, unde quia petiſti à nobis chariſſime confrater, ut per noſtri privilegii paginam tuæ Eccleſiæ, & tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetualiter confirmaremus omnia, quæ prædictæ Eccleſiæ juſtè, & legaliter competunt, petitioni tuæ gratanter annuentes, per hujus noſtræ Conſtitutionis decretum, & Apoſtolicæ Sedis edictum concedimus, & confirmamus tibi, ſicut ſuperius legitur in perpetuum quicquid in prænominatæ Eccleſiæ Epiſcopio B. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris & Levitæ Maximi*

B *in præſentiarum poſſides, quæque in futurum quocumque modo divinis, & humanis legibus cognitis acquirere poteris, ſcilicet ipſum Epiſcopatum cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ſuis, & pertinentiis, mobilibus, & immobilibus, ſe ſeque moventibus, caſtris, villis & territoriis, Eccleſiis cum primitiis, & decimalibus, & cum omnibus, quæ ibi pia devotio fidelium ſacris contulit oblationibus, tam pro ſalute vivorum, quam etiam pro mortuorum. Statuentes per hoc hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui annuente Deo præeſſe dignoſcimur, inviolabilem conſtitutionem, ut nullus Imperator, Marchio, Comes, Vicecomes, aut alia qualibet magna, parva, cujuſcunque dignitatis, vel ordinis perſona contra hoc noſtrum privilegium præſumat jam dictum Epiſcopium, aut te, cariſſime fili, tuoſque in perpetuum ſucceſſores de bonis ſuis diveſtire, inquietare, aut aliquid ibi contra ſacros canones conſtituere, vel ordinare. Si quis igitur ei ſicut à noſtra Apoſtolica auctoritate conceſſum, & conceſſa . . . . pertinere non permiſerit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & auctoritate*

C *B. Petri Principis Apoſtolorum, nec non cum diabolo, & Juda traditore D. N. J. Chriſti eos in incendii concremari ſupplicio, & inſuper ſciat ſe daturum 10. auri libras ſcilicet medietatem noſtro ſacro Palatio, & medietatem prædicto Epiſcopio. Qui vero intuitu pio obſervator in omnibus extiterit, cuſtodiendo hujus noſtri privilegii conſtitutionem, vel cultum Dei reſpiciendo, benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo habeat, & vitæ æternæ particeps ſit, & miſereatur in ſæcula ſæculorū. Datum Romæ 6. Non. Maji anno Dom. noſtri Jeſu Chriſti 1059. per manus Humberti S. Eccleſiæ Silvæ Candidæ Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarii. Anno I. Pontificatus D. Papæ Nicolai II. Ind. 12.*

Hic Nicolai II. tempore amore ſolitudinis, Epiſcopali munere ſe exſolvit, inque clauſtrorum ſepta vitæ tranquillioris ſanctiſsima otia excoluit diligentiſsimè. Cujus Petrus Dam. Cardinalis meminit in epiſtola ad Nicolaum II. cum apud eumdem exemplo Felertani, cur & ipſe Epiſcopali munere abiiſſet, ſe excuſaret.

D 11. PAMPUS, ſub Alexandro II. ann. 1061. confirmat omnia bona Abbati S. Bartholomæi de Carpineto anno 1085. menſe Aprili. * Donaverat antea Pampo Sampſoni Abbati, & Conventui eidem S. Bartholomæi Plebem S. Mariæ de Canniano cum caſtello de Cateniano, aliiſque bonis cum conſenſu ſuorum Canonicorum, ut in veteri Chartophylacio exprimitur. XII.

*Pampo Eccleſiæ civitatis Pennen. Epiſcopus.*

*Quæ Eccleſia eſt ædificata in honorem S. Mariæ Genitricis Dei, & S. Maximi, ipſo Almifico Præſule electo, atque omnino ordine Papæ, per conſenſum D. Iſebarti Præpoſiti, Joannis Cuſtodis, & aliorum Canonicorum, qui ordinati ſunt in officio de S. Epiſcopatu, & per conſilium Benedicti Presbyteri de Cateniano, & Joannis Abbatis, & aliorum, donat monaſterio Eccleſiæ S. Bartholomæi, quod eſt ædificatum in territorio Pennenſi infra ipſa tenentia de Carpineto in colle de Lecina juxta fluvium de Naura, & rivum de Vite, & pro ipſo mona-*

* Ex A... tom. 7.

* Ex Ap... tom. 7.

ſte-

*ſterio Sanſo Abbati ejuſdem monaſterii rem Juris de dicto S. Epiſcopatu, videlicet Plebem S. Mariæ de Cateniano, & caſtellum de Cateniano, Onerano, Locretano, Geneſtrula, Carpineto, Brittole, & Fara cum omnibus inquantum ad Epiſcopatum pertinet, & pertinere debet de dictis caſtellis cum clauſula, quod aliquid non alienetur ſine licentia Epiſcopatus, cum onere tamen reſpõnſionis annui cenſus Eccleſiæ Pennenſi in feſto Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſeu per totam octavam dictæ feſtivitatis denariorum XII. pro reparatione Eccleſiæ Pennen. prout latius apparet in quodam chirographo ſub anno Dom. 1070. 6. menſ. April. Ind. 13.*

*Actum Pennæ feliciter.*

*Ego Pampo Epiſcopus in hoc ſcripto una cum conſenſu D. Iſembardi Præpoſiti, & per conſenſum Joannis noſtræ Eccleſiæ Cuſtodis, & omnium Canonicorum manum meam poſui, & illud confirmavi,*

† *Signum manus Ornini teſtis.*
† *Signum manus Boni teſtis.*
† *Signum manus Paſtoris teſtis.*

XIII. 12. ÆRIBERTUS, ſeu Heribertus floruit anno 1112. qui donationem Pampi prædeceſſoris confirmavit monaſterio S. Bartholomæi factam, quæ talis tenoris legitur, inſulſis quidem verbis undequaq; barbariſmis ſcatentibus, ut illa ferebat ætas.

*In Dei nomine.*

*Scriptum convenientiæ, quod fecit D. AEribertus Epiſcopus de ipſa Eccleſia Epiſcopale S. Mariæ, & S Maximi, quæ ædificata eſt infra ipſe muri de civitate Pennenſi ipſe almifice præſul electus. atque omni ordine PP. atque cuncto clero, & populo generaliter ipſe Epiſcopus pro ſua bona voluntate, & conſentiente D. Morico Archipresbytero, & Berardino Archidiacono, & P. Joannes Leoni, & Deo presbyter, & alii canonici, qui præordinati ſunt, in offitio de S. noſtro Epiſcopatu, ego AEribertus Epiſcopus noſtra bona valuntate conſentientes .... ſupra dicti dono, trado, atque confirmo ipſum monaſterium S. Bartholomæi, quod ædificatum eſt infra Territorio Pennen. ab ipſo vocab. Colle de Lacena, & ad tibi D. Joannes inventus vir ven. Abbas de ipſo monaſterio S. Bartholomæi, vel poſteriſque ſucceſſoribus. tibi per ipſum ſcriptum confirmo omnia, quæ prædeceſſor meus. Pampo Epiſcopus dedit, & conceſſit ipſo monaſterio S. Bartholomæi, & inſuper dono, & trado, atque confirmo ad ipſo monaſterio S. Bartholomæi, hoc eſt de S. noſtro Epiſcopatu in ipſa Eccleſia S. Joannis ab ipſo vocabulo Bangio, cum libris & campaneis, calicis, & paramentis, & omnia ornamenta Eccleſi rum cum cellis, & dotis, & ... cum terris, & tenentia, & pertinentia quantum ad ipſa noſtra Eccleſia Epiſcoli pertines, & pertinere debet, & ipſum caſtellum de Vicula, & della Penna, & de Cavilioni iſta, & omnia quod deceſſor noſter dedit ad ipſo denominato monaſterio, ego Heribertus Epiſcopus dono, & trado, atque confirmo, quantum verò ad noſtrum Epiſcopatum pertinet, & pertinere debet, omnia, & in omnibus per ipſum ſcriptum confirmavimus, & concedimus ad ipſo monaſterio S. Bartholomæi, & ad tibi ſupradictus D Joannes Abbas, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis, ut habeatis, teneatis, & poſſideatis tenendum ad eſcultandum, & omnia faciatis quidquid exinde facere volueritis, vel vobis operæ pretium fuerit, nam non vendendi ſunt donandi, nec alicui loca penitus comandandi, nec quod nullo ingenio in alterius poteſtate mittendi, & in cenſum debeatis dare per ipſum confirmare, & noſtram Eccleſiam reſtaurare infra menſem Auguſti, in Aſſuntione S. Mariæ, aut infra ipſam octavam denarios xii. ad ipſam S. noſtram Eccleſiam Epiſcopalem ibidem donetis & ibidem relaxetis, & inſuper ſolvatis in uno anno, aut in duo ſecundum æqualitatem temporum, aut unum bovem, aut in veſtra mobilia rendatis ad ipſa noſtra Eccleſia Epiſcopale, & ſi hoc feceritis, & impleveritis, habeatis, & poſſideatis ſine omni calumnia promitto, & obligo me ego ſuprad. Herbertus Epiſcopus ad tibi ſupradicti D. Joannes Vir Ven. Abbas, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis iſta noſtra donatione, & conceſſione ante ſtare, & defendere debemus ab omni homine, quam ſi defendere noluerimus, aut iſtum ſcriptum frangere, vel cauſare, vel minuere, aut retollere præſumpſerimus .... D. Heribertus Epiſcopus, aut nullus à poſteris ſucceſſoribus meis .... fuerit excommunicatione Præſulis, cum cuncta noſtra .... paternarum maledictione incurrat, & à tribus centum x. & viii. Patribus, & in Nicæno Concilio; & ſanctorum Cartulæ conſtituerunt*

A *.... ab ea maledictiones anathematizatus, & excommunicatus cum Satan, & Abiron, & cum Juda traditore in infernum demerſus ſit in æternum.*

*Ego Heribertus Epiſcopus .... ſucceſſoribus meis ad tibi ſupradicto Joanni Abbas, vel à poſteris tuis ſucceſſoribus, & ad ipſo Monaſterio ſibi injurie ablata fuerit, & iſtum ſcriptum omni tempore firmiter ſtare, & manutenere, ego Mainardus not. & Judice.*

*Ego Heribertus Epiſcopus in iſto ſcripto manum meam miſi, & confirmavi, & ſignum Crucis † manu mea ſignavi. Ego Maurico Archipresbyter manum meam in iſto ſcripto miſi, & ſignavi. Ego Berardus Archidiaconus manum meã in iſto ſcripto, & confirmavi. Signum manus Americi in iſtũ ſcriptum teſtis ſum vocatus. Signum manus Ammoni in ipſum ſcriptum teſtis ſum rogatus manus Joannis in iſtum ſcriptum teſtis ſum rogatus anno Domini 1512. ind. 5.*

13. GRIMALDUS temporibus Paſchalis II. Papæ electus, vixit circa annum 1115. de quo in vita S. Berardi Epiſcopi Marſorum mentio habetur. Ex- XIV.
tat in tabulario ejuſdem Monaſterii S. Bartholomæi
B de Carpineto ejuſdem Grimaldi confirmatio omniũ bonorum per Anteceſſores ſuos eidem monaſterio facta anno 1123.

*In Dei nomine.*

*Scriptum convenientiæ quod fecit D. Grimaldus Epiſcopus Pennenſis, & alii ipſe Almificus Præſul electus, atque ordinatus ab omni ordine Paſchali PP. & à clero populo generaliter ipſe prædictus Epiſcopus ſua bona voluntate conſentientibus ſibi ſcil. Mauritio Archipresbytero, Bernardo Archidiacono. Joanne Præpoſito, Leo Manſionario, Petro presbytero Roccæ filio, Giſo presbytero Leonis filio, Henrico Diacono Giſonis filio, Rainaldo Gramatico, & cum omnibus aliis Clericis convocatis ab Epiſcopo ego prędictus Grimaldus Epiſcopus Pennenſis ſcriptum convenientiæ, ego trado confirmo ipſi monaſterio S. Bartholomæi Apoſtoli conſtituto ad Collem de Leſina. & tibi ven. viro D. Joanni Abbati, veſtriſque ſucceſſoribus ipſum Monaſterium ſemper regentibus omnia, quæ ipſi anteceſſores mei liberè, & Pampo Epiſcopus, & Herbertus Epiſcopus donaverunt, tradiderunt, & per ſcriptum confirmaverunt, & de rebus proprietatis noſtræ Pennenſis Eccleſiæ Epiſcopatus, S. Mariæ, & S. Maximi vid. Caſtrum Catiniani & Oncezani cum ipſa plebe S. Mariæ, & cum ſuis pertinentibus Eccleſiis, & Clericis, cum chriſmate, & oleo, ornamentis Eccleſiarum, terris, vineis cultis, & incultis, quartam, & decimas eodem modo Caſtrum Ocretani, & Geneſtrule, Carpinete, Faſe, Brittoli de iſtis omnibus ſupradictis Caſtris, & de ipſa plebe S. Maria dederunt, & confirmaverunt ipſi prædeceſſores mei, ſcil. Pampo Epiſcopus, & Herbertus Epiſcopus ipſi ſupradicto Monaſterio S. Bartholomæi quantum ad noſtrum Epiſcopatum pertinet, vel pertinere debet, inſuper Eccleſia S. Joannis in Bangio, & Caſtrum viculi Pennæ, & Caſtilioni, quod D. Herbertus Epiſcopus dedit in ipſo ſupradicto S. Monaſterio, hæc omnia ſupradicta confirmo, & concedo ego ſupradictus Grimaldus Epiſcopus ad ipſum ſupradictum Monaſterium S. Bartholomei, & tibi Joannes Abbas, veſtriſque ſucceſſoribus, & de iſtis tribus ſupradictis Caſtris vid. De Caſtro viculi, Pennæ, & Caſtellioni convenientiam commutationis inter Eccleſiam Pennenſem, & Eccleſiam S. Bartholomæi fecimus quod ego ſupradictus Grimaldus Epiſcopus recepi Caſtrum Viculi, ſive Eccleſia B Nicolai, & ſepulturæ bonorum hominum voluntarie, & dedi tibi Abbati Caſtrum fabrice cum omnibus, quæ ad noſtram Eccleſiam pertinent, & pertinere debent, inſuper ipſe Abbas dedit in beneficio, & in feudo Caſtrum Penne, & Caſtillionis, ut annualiter reddamus ſibi, & ſucceſſoribus in feſtivitate S. Bartholomæi uſque in octava dicti feſti ſex., & ſi ad dedicandam aliquam Eccleſiam ipſius monaſterii invitatus fuero, ſine præſtimonio libenter Epiſcopalia, & ſi in aliqua cauſa neceſſitatis provocatus fuero, adjutorium, & conſilium impendam. Hoc ſcriptum convenientię deffinitum eſt intus in Civitatem Pennenſem in Eccleſia S. Mariæ, S. Maximi ante præſentiam D Epiſcopi, & Clericorum ejus, & Giſonis Abbatis S Clementis, & Guaſterii filii Berardi, Joannis Hifredi, & aliis plurimis hominibus ſedentibus, aſtantibus; & in cenſum debeatis dare in noſtram Eccleſiam Epiſcopalem propter iſtum ſcriptum confirmare, & noſtram Eccleſiam reſtaurare per omnes annualiter infra menſem Auguſtum in Aſſuntione B. Mariæ, aut infra ipſam octavam denarios xii. rationem ibidem por-*

*tetis ad altaria S Mariæ. Si hoc feceritis, aut impleveritis, bibeatis, aut poſſideatis, & in uno anno, aut infra duo unum bovem ſecundum qualitatem temporis, & talis fuit noſtra convenientia, & quicumque hoc ſcriptum convenientiæ frãgere, cauſare, calumniare, minuere præſumpſerit, ſit anathematizatus, excommunicatus, & in perpetua damnatione damnatus, & à 310. & 8. Patribus ſit maledictus, & cum Pharaone, Anna, & Juda traditore demerſum ſit in infernum, & inſuper pro pœna ſit compoſiturus Eccleſiæ S. Bartholomæi 100. libras optimi auri, & hoc ſcriptum firmum, ſtabile, roboratum ſemper maneat, hoc convenientiæ.*

*Scriptura eſt in anno 1123. ind. 1. ſcripſi ego Mainardo judice de ipſa civitate Pen. Septembri. Ego Grimaldus Epiſcopus in iſto ſcripto manum miſi, & confirmavi, & ſignũ Crucis feci. Signavit manu D. Giſonis Abbatis S. Clementis in hoc ſcripto publicus teſtis fuit rogatus ſignum † fecit. Signum manus Gualteri Berardi filii in hoc ſcripto teſtis rogatus ſignum † crucis fecit. Signum manus Armerici filii Paſtoris de civitate Pennenſi in hoc ſcripto teſtis rogatus, & ſignum crucis † fecit. Signum manus Joannis Hifridi in hoc ſcriptum teſtis rogatus, & ſignum crucis † fecit. Signum manus Joannis Maſſecano in hoc ſcriptum teſtis rogatus, & ſignum crucis † fecit.*

Cæterum Grimaldus ab Innocentio II. anno 1140. atque ab Eugenio III. anno 1150. pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus privilegia recepit, quæ cum multum faciant ad jura, & diſtinctionem Pennenſis Epiſcopatus agnoſcendum, hic exhibere libuit ex eodem Pennenſis Eccleſiæ tabulario.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. Fr. Grimaldo Pennenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.*

*Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuẽdus effectus, ita legitima poſtulantium non eſt differenda petitio. Ea propter, dilecte in Domino frater Grimalde Epiſcope, preces tuas rationabiles clementer admiſimus, & Eccleſiam B. Mariæ, & glorioſi Chriſti Martyris, ac Levitæ Maximi præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regũ, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis legitimis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, ac illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Civitatem ipſam cum omnibus ſuis pertinentiis, videlicet cum caſalibus Neto, Ceſe, & Caſali, S. Joannem de Cypreſſo, Mezu, caſtellum quod dicitur Collis-altus, villam de Paternella, Eccleſiam S. Mariæ de Liciano cum Eccleſiis, & omnibus ſuis pertinentiis, Eccleſiam s. Petri de Laureto cum Eccleſiis, & omnibus ſuis appendicibus, Eccleſiam s. Serotini, Eccleſiam s. Saturiani in Colle-cortino, Eccleſiam s. Felicis de Monte-ſilvano, Eccleſiam s. Michaelis, & s. Joannis, Eccleſiam s. Barbaræ de civitate s. Angeli, cum Eccleſia s. Angeli, & s. Andreæ, & s. Antimi, Eccleſiam s. Mariæ de Atria, Eccleſiam S. Mariæ de Moſcuſo, Eccleſiam s. Mariæ de Planella, Eccleſiam s. Mariæ de Cumulo, Eccleſiam s. Mariæ de Quana civitate, Eccleſiam B. Mariæ de Catiniano, Eccleſiam s. Mariæ de Biſtejo, Eccleſiam s. Petri ad Pennenſem, Eccleſiam s. Clementis de Balbino, Eccleſiam s. Mariæ de Trevio, Eccleſiam s. Georgii ad Ornanum Eccleſiam s. Rufinæ de Aquilano, Eccleſiam s. Angeli de Puteo, Eccleſiam s. Mariæ de Rubilia, Eccleſiam s. Laurentii de Fabrica, Eccleſiam s. Mariæ de Brittuli, Eccleſiam s. Joannis in Balneo, Eccleſiam s. Mariæ de Podie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundò, tertiove commonita niſi ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & D. N. I. C. aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autẽ eidem loco juſta ſervantibus ſit pax D. N. I. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.*

† *Ego Innocentius Catholicæ Eccl. Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Conradus Sabinen. Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Geraldus Presb. Card. tit. s. Crucis in Hieruſalem ſubſcrip.*
† *Ego Petrus Card. titul. Paſtoris ſubſc.*
† *Ego Guizo Presb. Cardin. s. Cæciliæ ſubſc.*
† *Ego Gregorius diac. Card. tit. SS. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.*
† *Ego Octavianus diaconus Card. S. Nicolai in Carcere ſubſcripſi.*
† *Ego Thomas S. R. E. diac. Card. ſubſc.*

*Datum Later. per manus Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii 6. Kalend. Novemb. Indict. 4. Incarnat. Dom. anno 1140. Pontificatus vero Dom. Innocentii Papæ II. anno XI.*

In eundem modum, iiſdem omnino verbis ſcripſit Eugenius III. ad ipſum Grimaldum Epiſc. Dat. Ferentini per manus Boſſoni S.R.E. Scriptoris 18. Kalend. Januarii Indict. 14. Incarnat. Dom. anno 1150. Pontificatus vero D. Eugenii III. Papæ anno 6. Subſcripſerunt Cardinales undecim; eodemque modo ad eumdem Grimaldum privilegia confirmavit Anaſtaſius IV. ann. 1153. Kalend. Octob. Indict. 1. Pont. 1.

14. ODORISIUS, anno 1170. extatque ejuſdem memoria uſque ad ann. 1183. 22. Decemb. XI

Prima Oderiſii memoria habetur anno antecedenti 1169. in membranacea chartula confirmationis omnium, quæ Gozalinus Comes Laureti dono dederat monaſterio S. Mariæ de Liciano in hæc verba.

*Nos Odoriſius Dei gratia Pennen. Epiſcopus.*

*Cum univerſo Capitulo noſtro rogatione D. Gozalini Comitis Laureti de omnibus, quæ in hoc privilegio continentur, talem fecimus excommunicationem, quod quicunque hæc omnia, quæ nobilis vir Gozalinus Comes Laureti monaſterio S. Mariæ de Liziano conceſſit, frangere, vel contraire tentaverit, ex parte omnipotentis Dei, & B. Mariæ Matris ejus, & SS. Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli, ac BB. martyrum Maximi, Comitii, Donati, Venantii, atque Luciani Patronorum noſtrorum, eos maledicimus, & excommunicamus, & Anathemati perpetuò ſubiicimus, niſi ſe citò correxerint, & per dignam pœnitentiam, emendationem, & dicto monaſterio reſtitutionem, tantum facinus curaverint expiare. Amen. Amen. Amen. Anno Dom. 1169. Ego Magiſter Betraimus Judex, & Pennen. Eccleſiæ Canonicus ex mandato D. Comitis Gozalini hoc privilegium propria manu ſignavi.*

Cæterum extant in Pennenſis Eccleſiæ tabulario ad Oderiſium data privilegia Alexandri III. anno 1177. & Lucii III. an. 1181. quæ ſunt iiſdem verbis exſcripta.

Anno 1183. poſtquam Oderiſium inter & Abbatem S. Quirici de Intrethoco lis maxima æſtuaſſet, auctoritate Lucii III. tandem per Theodinum Portuenſem Epiſcopum iuſto iudicio ſedata fuit, cujus ſententiæ robur adiecit idem Lucius ad eundem Epiſcopum Oderiſium.

*Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. Fr. Oderiſio Pennen. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum controverſia, quæ inter te, & dilectum filium Senebaldum Abbatem S. Quirici de Intrethoco ſuper Eccleſiis, & quiſdam aliis rebus fuerat diutius agitata, venerab. fratri noſtro Theo. Portuen. Epiſcopo, & dilecto filio Octavio SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card. fuiſset de mandato noſtro commiſſa, iidem conſilio prudentum virorum inter vos ſubſcriptam concordiam ſtatuerunt; ad majorem ejus evidentiam ſcriptum ipſorum confectũ ſuper eodem negotio inferius de verbo ad verbum duximus annotandum. Theo. Dei gratia Portuen. & S. Rufinæ ſedis Epiſcopus, & Octavius SS. Sergij, & Bacchi Diac. Card. Omnibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, æternam in Chriſto ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod cum inter vener. fratrem noſtrum Oderiſium Pennen. Epiſcopum, & Senebaldum Abbatem S. Quirici de*

In-

*Intret hoc o, ſuper Eccleſiis, & aliis infraſcriptis controverſia verteretur in nos; de mandato D. Papæ Lucij de ipſa cauſa cognoſcentes, prænominatus Abbas, & Mag. Bert. præfati Epiſcopi procurator, qui per eundem Epiſcopum in cauſa iſta in præſentia D. Papæ Lucij, & quorundam Cardinalium tam ad litigandum, quam ad trãſigendum procurator fuerat conſtitutus, libere, & abſolutè compromiſerunt C. librarum provendere pœnam ſibi invicem ſtipulatione interpoſita, promittens, ſi ea, quæ nos inter eos ſtatueremus, Abbas ipſe, vel Conventus, & Procurator, vel Epiſcopus rata ſemper non haberent. Nos autem habito virorum prudentium conſilio pro bono pacis de aſſenſu utriuſque partis ſtatuimus, ut Epiſcopus, vel ejus Nuncius ſemel in anno in his duabus Eccleſiis in S. Joannis in Inſula, & S. Mariæ de Ronzano cum tot equituris, & ſociis, cum quot alias Eccleſias Epiſcopatus viſitat, ſuſcipiatur honorifice, & procuretur ut in reditu ſuo de rebus Eccleſiæ ſecundum quod conſuevit, honoretur. In Eccleſia S. Joannis de Caſanello ſemel in anno ipſe, vel ejus Nuncius honorificè ſuſcipiatur, & procuretur, Capellani autem prædictarum Eccleſiarum, ſcilicet S. Joannis in Inſula, & S. Mariæ de Ronzano, & reliqui Clerici, qui ſunt in ipſis capellis, dabunt Epiſcopo cathedraticum, & quos Epiſcopus excommunicaverit de Parochianis ſuis, vel de clericis manentibus in capellis, ad communionem ipſi non admittent. Clerici curam animarum gerentes, & vocati ad ſynodum venient, & quos Epiſcopus ad curam animarum promovebit, fidelitatem ei, & Eccleſiæ Pennen. jurabunt. De capella vero S. Joannis in Caſanello, quæ eſt in Atro veteri, habeat Epiſcopus quartam decimarum, & mortuariorum, & ille, qui ibi gerit curam animarum, jurabit fidelitatẽ Pennen. Epiſcopo, & Pennenſi Eccleſiæ; Abbas vero habebit pleno jure inſtitutionem, & deſtitutionem in his quinque Eccleſiis, ſcilicet in S. Ioannis de Inſula, S. Mariæ ad Ronzanum, S. Joannis in Caſanello, S. Nicolai in Galbano, S. Salvatoris ad Fanum, & interdictum, quod ipſe poſuerit in jam dictis Eccleſiis, & quos excommunicaverit de Monachis, vel clericis manentibus in prædictis Eccleſiis, Epiſcopus non abſolvet. Si quos ad ſacros Ordines de Monachis, vel clericis, qui ſunt in dictis Eccleſiis, Epiſcopus promovebit, non exiget ab eis juramentum, niſi promoveat eos ad curam animarum gerendam; privilegia ſanè S. Romanæ Eccleſiæ monaſterio S. Quirici indulta Epiſcopus conſervabit illibata, ita tamen ut præfata ſint privilegia ſalva, & jam dicta monaſteria, & omnia infra ipſa monaſteria conſiſtentia ſint in diſpoſitione Abbatis, & ſalva ſint ea, quæ in hac concordia continentur. Monachis, & clericis S. Ioannis in Caſanello, ſi quos Epiſcopus ſibi jurare fecit, abſolvet, præter illum, qui tenet, & tenebit capellam Atri veteris, qui tenebitur ad juramentum fidelitatis. Clerici vero gerentes curam animarum in capella Eccleſiæ S. Ioannis in Caſanello ſuſcipiant ipſam curam de manu Epiſcopi, & tenebuntur juramento Epiſcopo, & Pennenſi Eccleſiæ. De reliquis vero dictis Eccleſiis, ſi quos ſibi iurare fecit; abſolvet præter illos, qui in ipſis Eccleſiis curam gerunt animarum. Præterea Epiſcopus in viſitatione Parochiæ, ipſe, vel ejus Nuncius recipietur, & honorificè tractabitur. In Eccleſia S. Salvatoris ad Fanum, & S. Nicolai in Galbano conſuetus cenſus ei dabitur. De Eccleſia S. Salvatoris, de qua deſtitutus fuerat, & omnes clerici, qui ſunt in Eccleſia, in quibus baptiſmus celebratur, & in quibus cura geritur animarum, tam in capellis omnibus S. Ioannis in Caſanello, quam in omnibus aliis, Eccleſiis, ſive ſint Capellæ, ſive non, in quibus geritur cura animarum, ſuſcipiant eam curam de manu Epiſcopi, & reddant ei cathedraticum, & tenebuntur ei iuramento fidelitatis. De quarta vero decimarum, & mortuariorum omnium prædictarum Eccleſiarum, excepta capella de Atro, medietatem habebit Epiſcopus, & medietatem alteram Abbas. Correctio vero in Spiritualibus pertinebit ad Epiſcopum, in temporalibus ad Abbatem. Manifeſta ſanè crimina omnium laicorum Parochianorum prædictarũ Eccleſiarum referentur ad Epiſcopum. Vt autem hæc omnia perpetuum robur firmitatis obtineat, præſentis ſcripturæ paginam noſtrorum ſigillorum impreſſione ſignavimus. Acta ſunt iſta in civitate Anagniæ anno Dom. 1183. Pontificatus D. noſtri Lucii III. Papæ anno tertio, Ind. 2. menſ. Decemb. die 22. Hanc igitur compoſitionem ſicut inter vos facta eſt, & recepta, ut ſuperius de verbo ad verbum annotavimus, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ 14. Kal. Februarii.*

Vltima Oderiſii memoria habetur in privilegio Clementis Papæ ſcripto an. 1189. in quo confirmantur anteceſſorum Pontificum diplomata ad favorem Eccleſiæ Pennenſis elargita.

15. OTTO * Sive Oddo, (ſic aliquando vocatum invenio pluribus in documentis, ac privilegiis Summorum Pontificum, & Romanorum Imperatorum) ex Comitibus Laureti, & Cuperſani, vixit an. 1190. Teſtis fuit anno 1195. 4. Id. Aprilis, donationi Henrici VI. Imperatoris, facta Berardo Archidiacono Aſculano: eoque ſedente Margarita comitiſſa Berardi Laureti, & Cuperſani comitis mater ann. 1191. celebre monaſterium S. Mariæ de Caſa Nova Ordinis Ciſtercienſis in Pennenſi Diœceſi de conſenſu Othonis Epiſcopi fundavit, ampliſſimis poſſeſſionibus, bonis, ac juribus regia munificentia dotavit, cui donationi Berardus comes jam in majori ætate conſtitutus anno 1220. conſenſum præbuit, eidemq; alia bona elargitus, ut ex diplomate, quod mox ſubiiciam, clarè videtur ab autographo ejuſdem Cœnobii archivii deſumptum, quod inde Gregorius IX. anno 14. ſui Pontificatus Abbati, & Monachis confirmavit. XV.

* Ex App. 62.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati, & conventui monaſterii Caſæ Novæ Ciſtercienſis Ordinis Pennenſis Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Privilegium inferius annotatum de verbo ad verbum tranſcribi fecimus ad cautelam, & tenor talis eſt.*

*IN nomine D. N. J. C. Amen. Anno ab Incarn. ejuſdem 1219. menſ. Julii tempore D. Honorii III. regnante sereniſſimo D. noſtro Federico II. Dei gratia Romanorum Rege, & ſemper auguſto, & in dicto Rege Siciliæ feliciter. Ut pia vota, ſanctaque actionis propoſitum duci dedet à voventibus celeriter ad effectum, Propheta jubetur auctoritate dicentis: Vovete, & reddite Domino Deo veſtro &c; & ne pura cogitationis intentio antiqui hoſtis infeſti ſeminatoris conſilii perſuaſione fraudetur ...., quod . . . eſt humanis cordibus inſpirare piæ actionis perfectio ſubſequatur. Qua equidem conſideratione ducti, & Divino prædicti flamine inſpirati, Nos Berardus de Laureto quondam D. Berardi illuſtris, & Cuperſani comitis memoriæ recolendæ filius, tam privilegium libertatis ejuſdem D. Comitis, quàm etiam privilegium confirmationis, & donationis, quod D. Comitiſſa Margarita Laureti egregia mater noſtra fecit monaſterio S. Mariæ de Caſa Nova diligenter intuentes, videntes etiam quod tunc temporis quando dicta D. Comitiſſa privilegium condidit monaſterio nominato, nos infra pupillarem eſſemus ætatem, & qua Dei gratia ad plenam pervenimus jam ætatem, cognoſcendo ſanè, quod omnia, quæ acta erant, data, & conceſſa à dicta D. Comitiſſa matre noſtra monaſterio nominato, juſtè, & rationabiliter data, & conceſſa fuere, renunciando omni privilegio minoris ætatis, omneſque actiones utiles, & directas, quæ ſive in perſonis, ſive in rebus nobis, & heredibus noſtris competere viderentur, perpetuò relaxamus, & tam ad præſentium notitiam, quàm ad futurorum memoriam duximus omnia confirmanda, & ob reverentiam JESU CHRISTI, & Genitricis ejus glorioſiſſimæ Virgini MARIÆ, & ut mereamur obtinere futuræ beatæ reſurrectionis partem, & pro ſalute animarum D. Henrici quondam invictiſſimi Romanorum Imperatoris, & ſemper auguſti, & magnifici Regis, Siciliæ, & D. Conſtantiæ olim Sereniſſimæ Romanorum Imperatricis, & glorioſiſſimæ Reginæ Siciliæ feliciſs. recordationum, & ut Deus omnipotens glorioſ. D. noſtro Federico Romanorum Imperatori, & ſemper Auguſto, & inclito Regi Siciliæ vitam tribuat ſalutarem, & in ſolio majeſtatis ſuæ miſericorditer eum augeatur, & ſublimetur, pro animabus quoque D. Comitis Golzelmi, & D. Comitiſſæ Andalitiæ conſortis ejus parẽtum illuſtrium, & D. Comitis, Berardi dicti egregii Patris noſtri, & ut præſen-*

tis vitæ ſtatum proſperum gratia divina nobis clementer concedat, noſtra bona, & ſpontanea voluntate concedimus, & irrevocabiliter confirmamus omnipotenti Deo, & monaſt. S. Mariæ de Caſa Nova, & fratribus in ipſo religioſè viventibus, præſentibus, & futuris in pura eleemoſina per manus D. Bartholomæi tunc illius monaſterii regimini præſidentis coram ſubſcriptis teſtibus fidelibus noſtris in territorio Dertonæ, tam locum, ubi ad laudem Dei, & glorioſæ V. Mariæ monaſterium eſt conſtructum, quam etiam omnia feuda Berthonæ, quæ Morticio fuerunt, & quandam petiam vineæ in pertinentiis vallis de Colera ſitam, & quandam vicendam in pertinentiis S. Stephani ſitam, ſicut D. Comes Pater noſter prædictus dicto monaſterio ipſas habere in vita ſua perpetuò conceſſit, & memorata D. Comitiſſa eaſdem monaſterio nominato privilegio confirmavit, & omnia quæ fratres illius monaſterii in territorio Bertonæ emerunt, vel concambiarunt, & Granciarum montis Buſariæ ſicut jam dicta D. Comitiſſa eidem monaſterio eam dedit, & privilegio confirmavit. Item concedimus, & confirmamus, eidem monaſterio Granciam campi ſacri cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut nominatus D. Comes pater noſter ipſi monaſterio eam privilegio confirmavit, & Eccleſiam S. Angeli ejuſdem loci, quam memorata D. Comitiſſa de licentia, & conceſſione D. Ottonis olim venerabilis Epiſcopi Pennenſis bonæ memoriæ patrui noſtri emit à Tereſio fratre ſuo dilecto fidele noſtro cum omnibus tenimentis, poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, & eam eidem monaſterio dedit, & privilegio confirmavit. Concedimus etiam, & confirmamus ipſi monaſterio omnia molendina, quæ in flumine Tibe in territorio Laureti fratres ejuſdem monaſterii habent inſtructa, & quæ facere amodo voluerint infra territoriũ monaſterii dicti cum capitibus ..etiam & ponendis, & cũ omnib. quæ fore videntur neceſſaria molẽdinis, & quicquid in territ. Laureti ſeu in territ. Cretani emerunt, vel aliter juſtè acquiſiverunt; præterea concedimus, & confirmamus jam dicto monaſterio Grangiam de centum ramis cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, & Eccleſiam S. Amici in territorio civitatis S. Angeli ſitam cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, & quæque fratres illius monaſterii in territorio collis Cervini emerunt, vel aliter juſte acquiſiverunt, ſicut prædicta D. Comitiſſa hæc eidem monaſterio privilegio confirmavit. Item concedimus, & confirmamus eidem monaſterio prædicto in perpetuum Grangiam de Friſuno, cum ſilvis, & terris, & poſſeſſionibus ſuis omnibus, ſicut ſupradicta D. Comitiſſa ſupradicto monaſterio eam dedit, & privilegio confirmavit, & quicquid fratres ejuſdem monaſterii in territorio Speltorii emerunt, vel aliter juſtè acquiſiverunt. Prætерea concedimus, & perpetuo confirmamus monaſterio ſupradicto in territorio Thetis medietatem Caſtelli Magni, ſecundum quod ſæpè dictus D. Comes pater noſter eam eidem monaſterio dedit, & conceſſit, & antedicta D. Comitiſſa poſtmodum dedit, conceſſit, & confirmavit cum appendititis, juſtitsis, & pertinentiis ſuis, ſcilicet cum terris, cultis, & incultis, vineis, vel rovibus, arboribus fructiferis, & infructiferis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, & cum omnibus, quæ infra ſe, vel ſuper ſe habent, & cum omnibus utilitatibus ſuis inexiſtentibus, & exiſtentibus ad habendum, tenendum, & proprietario jure poſſidendum, ac ſine noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum contradictione, vel vexatione qualibet ſecundum Ciſtercienſis ordinis regulam ædificandum in domibus, molendinis, fullonibus, & aliis ædificiis ad commodum ejuſdem monaſterii pertinentibus. In quo nihil juris, ſeu dominii nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris reſervamus. Nam tantum nobis reſervamus tam medietatem illius Caſtelli, quam cæteras alias dicti monaſterii poſſeſſiones à perverſorum inquietatione, vel vexatione, nos, & heredes noſtros ſtatuimus protegere, & rationabiliter defenſare. Poſt modum ſanè concedimus, & perpetuo confirmamus Monaſterio ſæpedicto omnes poſſeſſiones, quas habet, & poſſidet in territorio Ineſtulen. Baroniæ noſtræ, & omnes alias poſſeſſiones, quas tam per terrarum noſtrarum demanium, quam infra ſervitii noſtri terram dinoſcitur poſſidere. Item concedimus Monaſterio ſæpedicto, & fratribus ejuſdem facere & in perpetuum habere, ac libere, & franchè poſſidere Trapitum unum pro faciendo oleo in demanio Comitatus noſtri Laureti, in uno Caſtellorum quocumque placuerit D. Abbati, & fratribus Monaſterii illud ordinare. Ad hæc damus, concedimus, & perpetuo confirmamus Monaſterio ſæpedicto pro nobis, noſtriſq; ſucceſſoribus plenam libertatem, & ab omnibus ſervitiis, oneribus, gravaminibus illud immune eſſe ſtatuimus, concedentes, & firmam auctoritatem præſtantes ut quicumque noſtrorum hominum de bonis ſuis ſtabilibus memorato Monaſterio vendere, aut donare, ſive pro animarum ſalute, ſive pro temporali præmio aliquo modo offerre voluerit abſque noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum contradictione liberam exẽptam habeat poteſtatem tam in terris demanii noſtri, quam in terra ſervitii noſtri ſecundum conſuetudinem illius terre, ubi donatio, ſeu venditio fiet. De mobilibus vero recipiendis ſecundum conſuetudinem Monaſteriorum Ciſtercienſis Ordinis, prædictum Monaſterium S. Mariæ de Caſa Nova liberam poteſtatem habere ſancimus. Præterea ſtatuimus, & ordinamus firmiter inhibentes, ut infra milliarium unum prope Monaſterium ipſum, & Grangias ipſius, habitatio ſecularis non fiat, animalia quidem ſupradicti Monaſterii, & hominum ipſius ubique per terras noſtras ad commodum Monaſterii liberum aditum atque redditum liberum habeant, & conſueta paſcua liberè ſuſcipiant tam in montibus, quam in planitiebus talis loci paſcuis, atque Sylvis ſine noſtra, vel alterius contradictione. Inſuper concedimus, & firmiter ordinamus ut omnia perſcripta jam dicto Monaſterio exhibita, atque in antea eidem Monaſterio ſive pro temporali, ſive pro ſpirituali retributione data fuerint, ſecũdum perſcriptam libertatem, atque ordinationem liberè habeat, atque eo jure poſſideat cum omnibus conditionibus utilibus juſtitiis, & rationibus ſuis. Itaquod nequè nos nequè ſucceſſores noſtri exinde audeant moleſtare, vel ei quomodolibet contraire. Adhoc ſtatuentes, & firmiter ordinamus diſtrictè prohibendo, ut nullus Camerarius, Vice Comes, vel Bajulus terræ noſtræ de venditionibus, & emptionibus, quæ ad commodum, vel utilitatem ipſius monaſterii per terram, & poſſe noſtrum fratres illius Monaſterii, vel homines facere, & aliqua exactione platea eos audeant modo quolibet aggravare. Quicumque autem hanc noſtræ confirmationis, donationis & conceſſionis paginam hominum, & fidelium noſtrorum auſu temerario infringere, aut moleſtare præſumpſerit, pœnam 50. librarum auri ſe noverit incurſurum, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam vero ſæpedicto Monaſterio exhibiturum. Si autẽ nos, vel heredes, ſeu ſucceſſores noſtri eam modo quolibet frangere, aut illicitè tentaverimus moleſtare, pœnã 100. librarum auri nos incurſuros voluntariè obligamus, medietatem regiæ magnitudini, & alteram prædicto Monaſterio ſoluturos, & pœna ſoluta, hæc noſtra conceſſio, donatio, & confirmatio firma nihilominus, & illibata conſiſtat; ut igitur omnia ſcripta impoſterum poſſint omni tempore firma, & inviolabilia permanere, præſens inde inſtrumentum per manus Pauli de Rur . . noſtri dilecti Notarii & familiaris præcepimus fieri, & noſtri ſigilli impreſſionẽ juſſimus communiri. Hujus namque conceſſionis, donationis, confirmationis iſti ſunt teſtes.

Ego Gualterus de Collemedio hujus rei teſtis ſignũ feci.
Ego Barnabeus de Camarda hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Tranſmundus de Pacliano hujus rei teſtis ſignũ feci.
Ego Guilielmus de Caſale hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Robertus de Colle Marcinarum hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Simon de Colle Corvino hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Guillielmus de Rocca hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego magiſter Petrus doct. hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Perronius de S. Cuſanio hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Abramus de Muſcuſo hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Gofredus de Muſouſo hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Cataldus Miles hujus rei teſtis ſignum feci:
Ego Robertus de Braimanto miles hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Reacla miles hujus rei teſtis ſignum feci.
Ego Jacobinus de Brammanto hujus rei teſtis ſignũ feci.

Nos Bartholomeus de Laureto omnia ſupraſcripta cõcedimus, & confirmamus, & ad majoris corroborationis cautelam ſignum propria manu fecimus.

Ego qui ſupra Paulus Notarius de mandato egregii

D. mei

*D. mei illuſtris noſtri Bartholomai de Laureto hoc inſtrumentum ſcripſi, & ſignum in eo propria manu feci anno, menſe, & indictione prætitulatis feliciter. Dat. Laterani. . . Decemb. Pontif. noſtri anno xiiii.* * En alia documenta ex tabulario Pennenſis Eccleſiæ eruta, quæ juvabunt maxime ad Acta ejuſdem Oddonis, tum etiam ad vetera Pennenſis Epiſcopatus agnoſcēda. Tenor illorum eſt, ut cætera ſupra relata, ut illud Cęleſt. III. Dat. Laterani per manus Cincii Sanctæ Luciæ in Orthea Diac. Card. D. Papæ Camerarii 3. Id. Feb. Ind. 13. an. Dom. Incarn. 1194. Pont. vero D. Cœleſtini Papæ III. ann. 4. Ejuſdem Cęleſtini leguntur ad eundem Oddonem ſequentes litteræ.

* Ex App. tom. 7.

*Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ven. fratri Oddoni Pennen. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter venerab. in Chriſto fr. tuis juſtis precibus annuentes duo caſtella, videlicet Puliano, & Colle-alto cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ tuo ſtudio, & diligentia Pennenſi Eccleſiæ acquiſivisti, ſic ea juſtè, & ſine controverſia poſſides, & tibi, & per te Eccleſiæ tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.*

*Datum Laterani 11. Kalen. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto*

*Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. fratri Pennen Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Aequum eſt, & conſentaneum rationi, ut a, quæ à delegatis à nobis ratione prævia ſtatuuntur, firma debeant, & illibata conſiſtere, & confirmationis noſtræ munimine roborari, ut nullatenus in poſterum præſumptione quorumlibet violentur Sanè cum olim clerici de Arſita. Eccleſiæ tuæ, ſicut aſſeris, juramento fidelitatis adſtricti interdictum eis à te impoſitum non ſervantes, & poſtmodum tam per te, quam per ven fratrem noſtrum Valvenſem Epiſcopum de auctoritate noſtra excommunicationis fuiſſent ſententia involuti. Quia neutram ſententiam ſervaverunt, de mandato tamen noſtro in eos per te, & memoratum Epiſcopum depoſitionis* C *fuit ſententia promulgata, ſicut tua nobis relatio patefecit. Volentes igitur, ut quod per eos factum eſt, robur futuris tēporibus debitæ obtineat firmitatis, ut iſti nullatenus de ſua valeant nequitia gloriari, quia contra Prælatos ſuos erigere calcaneum non verentur, ſententiam depoſitionis à te, & memorato Epiſcopo in clericos de Arſita latam, ſicut rationabiliter lata eſt, nec legitimæ appellationis remedio ſublevata, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, &c Si quis autem, &c*

*Datum Laterani 11. Kalen. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſexto.*

Sequentia monumenta ad eundem pertinent Oddonem.

*In nomine D. N. J. C. Anno ab Incarn. ejus 1195. Ind. 13.*

*Nos Bernardus de Mirabello una cum nepote meo Matthæo, Beraldus de Carapelle una cum filiis meis Beraldo, & Gualterio, & Tranſmundus filius Gualterii de Carapelle, & Tancredus de Setuzo cum uxore mea Sibilia, dum eſſemus apud civitatem Pennenſem in præſentia D Ottonis ven.* D *Pennen. Epiſcopi, conſtituti, & aliorum multorum virorum ex relatione ipſius D. Epiſcopi, & Imperiali privilegio veraciter conſpeximus, quod D. noſter Henricus VI Romanorum Sereniſſimus Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ rediens in Apuliam de Sicilia apud Barum ad petitionem prædicti Epiſcopi recognoſcens caſtellum de Puliano ad Pennenſem Eccleſiam antiquo jure pertinuiſſe, conceſſerat eidem Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis pro Pennen. Eccleſia ipſum caſtellum de Puliano habere, & in civitate Pennenſi transferre, & conſtituere homines ejuſd caſtelli prædictæ Pennenſis civitatis perpetuos habitatores & ab ipſis hominibus prænominati caſtelli recipere fidelitatem, ſicut ab aliis hominibus Pennen. civitatis tam præfatus Epiſcopus, quā prædeceſſores ejus recipere conſueverunt. ſalvo, &c ſervatis nobis tantum debitis, quæ Ruſtici præfati caſtri nobis, & prædeceſſoribus noſtris de jure debuerunt. Iterum, cum idem Dom Imperator tranſitum haberet, ac ſiſteret apud Eſculum, præfato Epiſcopo Pennen. Eccleſiæ conceſſit ip-*A *ſum caſtellum habendum in demanio ſalvo. ſervitio de uno milite, quod prius comites de Manupello pro prædicto caſtello recipere conſueverunt. Quod cum nobis, ſuis grave, & moleſtum videretur, multorum amicorum precibus Epiſcopalem pietatem ſatagemus amplexari .... Nobis ſaltem in aliquo ſubveniret, & Imperiale mandatum, quod ſemper pium, quamvis nobis aſperum videretur, Epiſcopali manſuetudine; tunc præfatus Epiſcopus multorum inductus precibus divinitatis amore, ac pietatis intuitu præfatum caſtellum de Puliano nobis habere in Baronia, ſicut unquam melius habu. ...... dignitate conceſſit, reſervans ſibi plateat. cum ipſius caſtelli, & ſtatuens nobis caſalina in ipſa civitate, ubi domus noſtras poſſumus ædificare, & inhabitare .... illam penſionem ſolvere teneantur, donans etiam loca univerſis hominibus de Puliano in ipſa civitate. in quibus ſimiliter domos ædificent, & inhabitent, ſalvo, &c Singulis annis pro unoquoque .... domus redditu unius denarii, quem Pennen Eccleſia, prout quiſque tenuerit pro penſione ſolvere debebit Nos autem ab hoc hominum, & fide .... vobis D Ottoni vener Pennen.* B *Epiſcopo fecimus, & omnes homines ipſius caſtelli de Puliano vobis ſimiliter juraverunt, ſtatuentes nos, & hæredes noſtros pro rata penſione, quam unuſquiſque de ipſo caſtello Puliano tenemus. Pennen. Eccleſiæ de uno milite in exercitu, cum neceſſe fuerit, propriis expenſis ſervire, ſicut Barones Dominis ſuis in expeditione ſervire conſueverunt, & ſi forte nos, vel hæredes noſtri ſine legitimis hæredibus mori contigerit, non liceat nobis alios hæredes inſtituere; ſed prædictum caſtellum cum omnibus ſuis pertinentiis ad præfatam Eccleſiam, tanquam matrem, & Dominam liberè, & ſine contradictione devolvatur. Præterea ego Bernardus de Mirabello donamus, tradimus, ac perpetuo concedimus Pēnenſi Eccleſiæ portionem, quam habemus in Eccleſia S Heliæ, cum omnibus pertinentiis ſuis. & petiam unam terræ in Corſano capacem ſementis modiorum ſex, & dimidii ad juſtum ſextarium Pennen. civitatis. Item tradimus, donamus, ac perpetuo concedimus Pennenſi Eccleſiæ feudum Ferracis, feudum Gualterii de Senitio, & feudum Giberti. Feudum Nicolai Ferracis debet duos dies per hebdomadā, & octo ſalmas vini, & ſex mannas lini, & unum modium* C *grani, & unum modium hordei, & duas cuppas olei; & in Nativitate Domini duas ſpallas porcorum, & ſex pizzas; & in carnelevamine unam gallinam, & tres pizzas, & in Aſſumptione S Mariæ unam gallinam, & unum pullum, & ſex pizzas. Feudum Gualterii de Sinizo debet 36. cuppas olei, & unum modium grani, & unum modium hordei, & octo ſalmas vini, & ſex mannas lini, & miſſatica, operas 5. tres ex his in perſona, & duas in alia cum bobus. In Nativitate Domini duas ſpallas, & ſex pizzas, & in carnelevamine unam gallinam, & tres pizzas; & in Aſſumptione S. Mariæ unam gallinam, & unum pullum, & ſex pizzas. Feudum Giberti debet 3.. cuppas olei, & ſalmas vini, & ſex ſtaras grani, & ſex ſtaras hordei, & exenia, & miſſatica, & operas Et de ſupradicto feudo Gualterii de Senizo diximus. Nos vero Bernardus de Carapelle una cum filiis meis Bernardo, & Gualterio, & Tranſmundus filius Gualterii de Carapelle, & Tancredus de Sinizo cum uxore mea Sibilia donamus, tradimus, atque perpetuò concedimus Pennen Eccleſiæ portionem, quam habemus in Eccleſia S Heliæ cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam petiam terræ, quæ dicitur Arcis, capacem ſementis modiorum ſex ad juſtum ſextarium Pennen civitatis. quæ eſt adjuncta cum terra Bernardi de Mirabello, & Matthæi nepotis ſui. quam eidem ſacro Epiſcopio dederant, & utraque ſic delateratur, à capite eſt via publica, quæ dicitur Corſani, ab uno latere eſt vineale Carapellenſium, ab alio latere incipiens ab Arcis tenet Nicolaus gener Gregorii, Matthias, & Raynaldus Gualterii uſque in viam Corſani Item tradimus, donamus, atque perpetuo concedimus Pennenſi Eccleſiæ feudum Goffredi fratris D Mauri, cum fratribus ſuis. Feudum Benatevenia, feudum Joannis de Monte. feudum Goffredi fratris Donni Mauri cum fratribus ſuis debet annuatim 15. denar, & 22. cuppas olei, & tres ... In Nativitate Domini, & tria ſextaria frumenti, & tres hordei, & 4. operas; & in Nativitate Domini duas ſpallas. & 4. pizzas; & in carnelevamine unam gallinam. & duas pizzas, & in Aſſumptione B Mariæ unam gallinam & unum pullum, & quatuor pizzas. Feudum Benetevenia debet annuatim 24 cuppas olei, in Nativitate Domini, & 8. ſextaria frumenti, & 8. hordei, & ſex ſal-*

*mas*

mas vini, & 4. mannas lini, & in Nativitate Domini duas A
ſpallas, & ſex pizzas, & in carnelevamine unam gallinam,
& tres pizzas, & in Aſſumptione S. Mariæ unam gallinam,
& unum pullum, & ſex pizzas. Feudum Joannis de Monte
debet annuatim 36. cuppas olei, in Nativitate Domini, &
ſex ſextaria frumenti, & ſex olei, & ſex ſalmas vini, & 4.
mannas lini, & duos dies per hebdomadam, & duas ſpallas
in Nativitate Domini, & ſex pizzas. In carnelevamine u-
nam gallinam, & tres pizzas, & in Aſſumptione B. Mariæ
unam gallinam, & unum pullum, & ſex pizzas. Ut autem
hæc omnia, ut ſupra annexa, ſint firma, & ſtabilia ad opus
præfatæ Pennen. Eccleſiæ in poſterum perdurent, & ne à
nobis, noſtriſque poſteris temerario auſu infringi, vel viola-
ri valeant, hoc memoratum inſtrumentum per manum Don-
ni Nicolai Pennen. Eccleſiæ Canonici ſcribi rogavimus, &
ſubſcriptos teſtes, ut ſe ſubſcriberent. Quod ſcriptum ſcripſi
ego Dom. Joannes rogatu prædictorum Bernardi de Mira-
bello una cũ nepote ſuo Matthæo, & Bernardo de Carapelle
filiis ſuis, Bernardo & Gualterio, & Tranſmundo filio Gual- B
terii de Carapelle, & Tancredo de Sinizo cũ uxore ſua Sibilia.
Actum in civitate Pennenſi menſe Junii. Indict. prædicta.

Ego Bernardus de Mirabello conceſſi, firmavi, & ſignum feci.

Ego Matthæus nepos dicti Bernardi conceſſi, confirmavi, & ſignum feci.

Ego Berardus de Carapelle conceſſi, ſigum feci, confirmavi, &c.

Ego Tranſmundus filius Gualterii de Carapelle conceſſi, & confirmavi, &c.

Ego Tancredus de Sinizo cum uxore mea Sibilia conceſſi, &c.

Ego Berardus filius Berardi conceſſi, &c. C

Ego Gualterius alter filius dicti Berardi conceſſi, &c.

Ego Rogerius Grimaldi teſtis fui, & ſignum feci.

Ego Ferrantes Dodonis teſtis fui, & ſignum feci.

Ego Taliaferro teſtis fui, & ſignum, &c.

Ego Riccardus Tancredi teſtis, &c.

Ego Thomas de Petrainiquo teſtis, &c.

Ego Gualterius Henrici Guidonis teſtis, &c.

Ego Th. Robli teſtis fui, &c.

Ego Revellus teſtis, &c.

Ego Berardus Odonis teſtis fui, &c.

Ego Gentilis Henrici Raymundi teſtis, &c.

Ego Bernardus Brun. Raymundi teſtis, &c.

Ego Joannes Galli in capite teſtis, &c.

Ego Bartholomæus Joſeph teſtis, &c.

Ego Matthæus Riccardi Tancredi teſtis, &c.

Ego Nazarius teſtis, &c.

Ego Joannes de Raym. teſtis, &c.

Ego Raymundus Henrici Raym. teſtis, &c.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. fratri Oddoni Epiſcopo, & dilectis filiis Canonicis Pennen. ſal. & Apoſtolicam benedictionem.*

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter veſtris juſtis poſtulationibus impartientes aſſenſum, quæ, inter bon. mem. Odoriſium Pennen. Epiſcopum, & Odolerium Priorem S. Viti de Furca ſuper juſtitiis, quas Pennenſis eccleſia in eccleſia S. Viti de Piſcaria, quæ memoratæ ec-
cleſiæ S. Viti de Furca noſcitur eſſe ſubjecta, diœceſana D
lege tanquam matrix eccleſia vindicabat, amicabiliter intereſſet, ſicut legitimè facta eſt, & ab utraque parte recepta, & hactenus obſervata, ut in ſcripto authentico confecto exinde continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum 13. Kalen. Maji, Pontificatus noſtri an. 1.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſevorum Dei Dilectis filiis univerſis Eccleſiarum Prælatis, & Clericis Eccleſiæ Pennen. lege diœceſana ſubjectis ſal. & Apoſtolicam benedictionem.*

Significavit nobis ven. frater noſter Pennen. Epiſcopus, quod non ſibi de decimis, & mortuariis oblationibus, & aliis juſtitiis reſpondetis. Quia vero fratres Coepiſcopos noſtros ſpecialiter volumus in ſuo jure tueri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus ei ſicut diœceſano veſtro de decimis, mortuariis, oblationibus, & de univerſis juſtitiis epiſcopalibus, ſicut canonica ſancit auctoritas, curetis ſine diminutione qualibet reſpondere non obſtante, ſi ea ſibi, vel prædeceſſoribus ejus aliquando per laicalem potẽtiam ſubtraxiſtis. In cauſis etiam matrimonialibus, pœnitentiis homicidiorum, & oppreſſionum infantium, & in aliis etiam, quæ præter ipſius fieri auctoritatem non habent epiſcopalem, vobis juriſdictionem nullatenus uſurpetis, alioquin ſententiam, quam propter hoc in vos rationabiliter tulerit, faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari.

Dat. Laterani Id. Martii, Pontificatus noſtri an. 2.

*Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerab. fr. Oddoni Pennen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum ſubſtituendis.*

Juſtis votis aſſenſum præbere, &c. Ut in diplomate ſuperius recitato Cœleſtini, cui illud Lucii etiam inſeritur, quod de controverſia deffinita inter ipſum Epiſcopum, & Abbatem S. Quirici.

Ego Innocentius Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Octavian. Oſtien. & Veletren. epiſcopus.

Ego Petrus Portuen. & S. Rufinæ epiſcopus.

Ego Pand. Baſilicæ XII. Apoſt. Presb. Card.

Ego Petrus tit. S. Cæciliæ presb. Card.

Ego Jord. S. Puden. tit. Paſtoris presb. Card.

Ego Guido S. Mariæ Tranſtyberim titul. Callixti presb. card.

Ego Io: tit. S. Clementis card. Viterb. & Tuſcul. epiſc.

Ego Gratian. SS. Coſmæ, & Damiani diac. card.

Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro diac. card.

Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin diac. card.

Ego Cencius S. Luciæ in Orthea diac. cardin.

Ego Gregorius S. Angeli diac. card.

Ego Ang. s. Euſtachii diac. card.

Ego Gerardus s. Nicolai in carcere diac. card.

Ego Hugo Presb. card. S. Martini tit. Equitii.

Ego Cinth. tit. s. Laurentii in Lucina Presb. cardin.

Ego Soffred. tit. s. Praxedis Presb. card.

Ego Joannes tit. s. Priſcæ Presb. cardin. Datum Laterani per manum Raynaldi D. Papæ Notarii, cancellarii vicemgerentis, xvi. Kal. Apr. Ind. 2. Ann. Domin. Incarnat. 1198. Pontificatus verò D. Innocentii Papæ III. anno II.

Privilegium Henrici VI. Imp. conceſſum Eccleſiæ Pinnen.

*In Nomine S. & Individuæ Trinitatis Henricus VI. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

Inter cætera, quæ in actus pios expendimus, ex noſtris utilitatibus munificentiæ noſtræ dona conferimus, & earum utilitatibus pia conſideratione ſtudemus ſubvenire. Inde eſt quod ob remiſſionem animarum parentũ noſtrorum Divorum Auguſtorum, ac longæva noſtri conſervatione Imperii, nec non attenta fidelitate Oddonis ven. Pennenſis Epiſcopi, quã in noſtris ſemper obſequiis fideliter novimus devotum, concedimus, & perpetuo confirmamus ſibi, & ſucceſſoribus ſuis quicquid Eccleſiæ Pennenſi dudum conceſſum eſt per privilegia Romanorum Imperatorum Caroli, Ludovici, Othonis, & aliorum Imperatorum, nec non & Regum Siciliæ, Rugerii & Guglielmi, videlicet civitatem Pennenſem cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Orcto, villa de Paternello, Caſale, quod ſitum eſt inter prædictam civitatem, & collem de Mercato, & Metze, & Caſtellum de Collealto, Eccleſiam S. Mariæ de Pizzano, Eccleſiam S. Petri de Laureto cum Eccleſiis & pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Serotini, Eccleſiam S. Paterniani, Eccleſiam S. Barbaræ, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Antimi de civitate S. Angeli, Eccleſiam S. Mariæ de Moſcufo, Eccleſiam S. Mariæ de Planella, S. Petrum de Aſmarico, S. Laurentium de Fabrica, S. Mariam de Givitaquana, S. Mariam de Cateniano, S. Mariam de Bivio, S. Mariam de Ulmeto, S. Mariam de Adico, S. Mariam de Trivio, S. Clementem de Valviano, S. Petrum ad Pennenſem, S. Mariam de Rubilia, S. Georgium de Ornano, S. Rufinam de Aquilano, S. Angelum de Puteo cum earum juſtis poſſeſſionibus, & quicquid liberalitate Principum, conceſſione Pontificum, oblatione fidelium,

ſeu

ſeu quolibet alio modo juſtè & rationabiliter Deo propitio acquirere poterit, de novo quidē conceſſimus, & præſentis pagina ſcripti confirmamus, Pennenſi Eccleſiæ duo caſtella videlicet Collealtum & Pluvianum, hoc modo ut dominus de ipſis caſtellis ſupradictis, & omnes eorum homines perpetuò civitatem Pennenſem inhabitent, ſalvis debitis ruſticorum, quæ ipſis dominis debentur, & ſupradicto vener. Epiſcopo Oddoni, & ſucceſſoribus ſuis catholicè ſubſtitutis, ligium hominum & fidelitatem exhibeant ſibi, & poſteris ſuis in omnibus reſpondentes, ſicut alii homines, qui in eadem civitate inhabitant, volentes etiam, & perpetuis temporibus confirmantes, ut Pennenſis Eccleſia cum prædicta civitate, & omnibus ſuis poſſeſſionibus ad nullum alium niſi ad nos, noſtroſque hæredes, vel ſucceſſores teneantur habere reſpectum, ſtatuentes & Imperiali præcipientes edicto, ut amodo in antea nulla humilis, vel alta perſona, Eccleſiaſtica, vel ſecularis poteſtas prædictæ Eccleſiæ, & Canonicorum res, & poſſeſſiones in aliquo moleſtare vel conturbare præſumat. Si quis igitur confirmationis, præcepti, donationis, & conceſſionis noſtri Mudburdi violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ & medietatem præfatæ Pennenſi Eccleſiæ, atque Oddoni Epiſcopo, & Canonicis, eorumque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligenterque ab omnibus obſervetur, præſens noſtrum privilegium conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Hujus autem rei teſtes ſunt Henricus Guarmanen. Epiſcopus, & Philippus frater noſter, Gugliel. Ravennen. Archiepiſcopus, Matthæus Capuanus Archiepiſcopus, Atto Aprutinus Epiſcopus, Guglielmus Valvenſis Epiſcopus, & alii quamplures; Ego Conradus Imperiali authoritate Cancellarius una cum Gualterio Trojano Epiſcopo Regni Siciliæ & Apuliæ Cancellario recognovimus. Signum D. Henrici invictiſſimi VI. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ 1195. indict. XIII. Regnante Henrico VI. Romanorum Imperatore ſemper glorioſiſſimo Auguſto, & Rege Siciliæ, anno Regni ejus xxv. Imperii vero IV. & Regni Siciliæ I. Datum Bari per manum Alberti Imperialis Aulæ Prothonotarii prid. Non. Apr. præſcriptæ Indictionis.

*Henricus VI. divina favente clementia Rom. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

*Notum eſſe volumus quod nos attendentes devotionem, & fidelia ſervitia dilecti fidelis noſtri Oddonis Pennenſis Epiſcopi, conceſſimus ei & Eccleſiæ ſuæ in perpetuum caſtrum Poliani cum omnibus tenimentis & poſſeſſionibus ſuis in demanio ad habendum & poſſidendum ſine calumnia aliquorum hominum, excepto eo quod Eccleſia debet Comitibus Manupelli de eodem Caſtro cum uno milite ſervire, ſicuti tempore Regis Rogerii, & Regis Guglielmi Comitibus Manupelli ſervire conſuevit, penitus amputantes omnem quæſtionem, quam Comes Gentilis de Manupello, & Comes Mainer. pro ſe & Transmundo de Padula prædicto Epiſcopo de eodem caſtro moverunt, abſolventes etiam ipſum prædictum Epiſcopum, & ſuos ſucceſſores, quod Comitibus de Manupello pro jam prædicto caſtro nullum habeat juramentum præſtare. Et ut nulli hominum hanc noſtram conceſſionem liceat infringere, præſentem paginam ad perpetuam firmitatem ſcribi & noſtro ſigillo juſſimus inſigniri.*

*Datum Eſculi Kal. Maji.*

*Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix, & Regina Siciliæ ſemper Auguſta. Comitibus, Juſtitiariis, Baronibus, Camerariis, & univerſis Bajulis cuilibet de Parochia, & Diœceſi Pennenſis Epiſcopatus fidelibus ſuis gratiam, & bonam voluntatem.*

*Oddo ven. Epiſcopus Pennenſis fidelis noſter, oſtendit Majeſtati noſtræ dicens, quod Eccleſia ſua privatur & diminuitur à vobis de jure ſuo, videlicet Eccleſiaſticis adulteriis, quæ non permittitis diſponi, ordinari, judicari & cognoſci, & corrigi ad curiam ipſius Eccleſiæ, licet debeat, & de perſonis clericorum, quæ à vobis, ut laici judicantur, capiuntur & incarcerantur; quod ſi verum eſt, admodum diſplicet, & grave ferimus; non enim decet, neque volumus, ut ea quæ ab Eccleſia coerceri, & judicari debent, à vobis judicentur, & puniantur. Quare mandamus univerſitati veſtræ, & præcipicipimus, ut de Eccleſiaſticis ordinandis, adulteriis judicandis non vos intromittatis, ſed ſi quis de Parochia, vel Diœceſi prædictæ Pennenſis Eccleſiæ de adulterio fuerit accuſatus, vel in eo deprehenſus, ad judicium ipſius Eccleſiæ, in qua tam omnia ſupradicta quam ipſa adulteria diſponi, & judicari debent, conſiſtat; & à curia ipſius Eccleſiæ diſponantur, judicentur, & coarctentur, excepto ſi per inſultum, & violentiam adulterium committitur: quod ſi acciderit, judicentur ab ipſa Eccleſia de ipſo adulterio, quod ſpectat ad judicium ipſius Eccleſiæ, & de eo hoc quod ſpectat ad judicium curiæ noſtræ & de inſultu & violentia judicentur ab ipſa curia noſtra. De perſonis autem clericorum volumus & jubemus, ut ſi aliquis clericus totius Parochiæ vel Diœceſis Pennenſis Epiſcopatus de aliquo foris facto, de quo de perſona ſua, judicari, vel condemnari debeat, appellatus fuerit, non à vobis, neque à curia veſtra, licet ab Eccleſia, & in curia Eccleſiæ de hoc quod ad perſonam ejus ſpectat, judicetur & corrigatur, licet convenerit juxta Canones & Jus Eccleſiaſticum, excepto ſi aliquis fuerit appellatus de proditione, vel aliquo hujuſmodi magno maleficio, quod ſpectat contra Majeſtatem noſtram. Quod ſi acciderit, volumus & jubemus, ut de hoc quod ſpectat ad judicium Eccleſiæ, judicetur ab Eccleſia, & de hoc quod ſpectat ad judicium curiæ noſtræ, judicetur ab ipſa curia noſtra. Si vero aliquis clericus de hæreditate, vel aliquo tenimento, quod non ab Eccleſia, licet à vobis, ſive per patrimonium, ſive aliunde in terris veſtris teneat, fuerit appellatus, volumus, ut de hoc in curia illius, in cujus terra poſſeſſiones, vel tenimentum habuerit, reſpondeat, & quod juſtum fuerit, faciat, non tamen ut perſona exinde capiatur & incarceretur. De Eccleſiis autem, quæ ad ſolam Pennenſem Eccleſiam nullo mediante ſpectare videntur, ſtatuimus, & jubemus, ut liceat ipſi Epiſcopo ipſas Eccleſias ordinare, diſponere, & corrigere, ſicut Archiepiſcopi & Epiſcopi Regni Siciliæ & Apuliæ melius unquam ordinant, & diſponunt. Præterea vobis Juſtitiariis, & Bajulis præcipimus, ut tam adulteria coercendo, quam Clericos defendendo, & eccleſias ordinando eidem ven. Epiſcopo fideli noſtro, in quibus opus fuerit, auxilium impendatis, ſalvis tamen in omnibus mandato & ordinatione D. noſtri ſereniſſimi Imperatoris & noſtræ, & heredum noſtrorum.*

*Datum Panormi ann. Dominicæ Incarnationis 1197. menſe Aprilis xv. Indictionis.*

16. GUALDERICUS a ex Ordine Ciſtercienſi, aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Pennenſem ab Innocentio III. circa annum 1200. Hic clauſtralis inſtituti, unde exierat, oblitus, novæ dignitatis felicitate propemodum corruptus eſt, itaut ad ejus diſſolutioris vitæ exempla, grex ipſe videretur tabeſcere. Quamobrem Pontifex Max. privatis literis caſtigavit devium, illud inprimis inculcans, dignitatem Epiſcopalem, quæ ad perfectionis ſtatum ſpectaret, haud monaſticam obſervantiam debere evertere, adiecitque acutiorem correctionis ſicam ſe exercuturum, niſi ad benigniora verba monentis reſipiſceret. Reſipuit ille, factuſque forma gregis vixit uſque ad ann. 1215. At epiſtola Innocentii è vatic. regeſt. deſumpta, talis eſt. XVI.

a Seu Gualterius.

*INNOCENTIUS EPISCOPUS*
*Servus Servorum Dei. Pennenſi Epiſcopo.*

*TActi ſumus dolore cordis intrinſecus, & gravi mærore turbati, quod tu, ſicut accepimus, in injuriam ordinis tui, & infamiam ordinationis noſtræ agis in pluribus, ut apoſtata, qui teſte ſcriptura, vir inutilis appellatur. Si enim diligenter attenderes, quod te de Monacho non ſimplici, ſed Abbate duximus in Epiſcopum aſſumendum, reprobatis ſucceſſivè duobus, quos dilecti filii Pennenſe capitulum nobis præſentarunt electos, eam deberes ſervare, tam in vita, quam moribus honeſtatem, quæ ad ſalutem tibi proficeret, & ſubditis ad exemplum. Verum de quo miramur non modicum, & movemur, propriæ conditionis oblitus, quod poſt acceptum Epiſcopatum, quædam illicita facias, & expedias, quæ fratrum Ciſtercienſium obſervantia reputat inhoneſta, picturata ſella, & chirotecis uteris ſericatis, amplo te galero coronas, & carnibus publicè uſque ad ſaturitatem te replens, ei forſitan per inſignia hujuſmodi comparandus, de quo*

A *data ei tunica pellicia ſcriptum eſſe legitur. Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis, ſciens bonum, & malum. Præterea cum quidam prædeceſſorum tuorum pro libertate Pennenſis Eccleſiæ non dubitarint etiam exilium ſuſtinere Penenſis civitatis Dominium ſecundum juſtitiam potenter & viriliter defendentes, tu ſicut dicitur de civitate ipſa nobili viro B. Laureti, & Cuperſani comiti fidelitatem, & hominium præſtitiſti, & quaſi non ſufficiat iniquitas tua tibi, ea nobis niteris imputare ad excuſandam excuſationem in peccatis, allegans, quod ſuper hoc mandatum Apoſtolicum recepiſſes, tam in iis, quam in aliis tantum excederis, ut jam contra te verbum Domini aſſumere compellamur, pœnitet me feciſſe hominem, quod à ſanctis Patribus ſic exponitur, faciam quod ſolent facere pœnitentes, deſtruendo quod feci, & nos forſitan, quod conſtruximus, deſtruere compellimur: memi. nimus quidem, & tu debueras meminiſſe, qualiter in receſſu tuo coram fratribus noſtris diſtrictè tibi duximus injungendum, ut Ciſtercienſis Ordinis obſervantias cuſtodires, cum pontificalis ſuſceptio dignitatis non abſolueret te à voto, ex qua licet cum honore ſit, ſic onus*
B *ſibi magis auxerit, ut religioni nihil penitus deperiret, per quod ejus habenas taliter relaxares. Ideoque f. t. p. a. ſ. m. atque præcipimus, quatenus uſque ad 15. dies poſt ſuſceptionem præſentium, cum conſcientia dilectorum filiorum Archid. & capitul. Pennen. tam formam juramenti, quod prædicto comiti præſtitiſti, quam literas, quas ſuper hoc nos aſſeris direxiſſe, per nuncios tuos ad præſentiam noſtram, omni excuſatione ceſſante, tranſmittas, ut ſuper hoc, prout expedire videbitur, procedamus. In cæteris autem ita corrigas vitam tuam, & te ſic obſervantiæ regulari conformes, ut non rediiſſe ad ſeculum, ſed in ſeculo potius ipſum, & pompis ejus contemnere videaris, alioquin cum admonitio præceſſerit, de cætero vindicta ſequetur. Dat. Laterani 4. Kal. Novembris anno 5.*

( „ *Reportavit hic à Romanorum Rege Friderico*
„ *omnium privilegiorum ſuæ Eccleſiæ, quæ ipſi obve-*
„ *nerant Imperatorum, Regum, Principum pia libe-*
„ *ralitate confirmationem. Authenticum ejuſdem no-*
„ *bis tranſmiſſum placuit hic tranſcribere, ad cujus*
„ *ferè normam alii ſæpiùs memorati exarantur, quiſ-*
„ *que ut ſciat, Dynaſtia quanta fuerit Pennenſis Epi-*
„ *ſcopi jam antiquata, & laica poteſtate perperam di-*
„ *minuta. Aureum ſigillum ex Diplomate Regio pen-*
„ *dens ex una facie ipſius Friderici Solio incumbentis*
„ *ſiniſtra manu Orbe occupata, dextera virga cum*
„ *Cruce, & literis circumductis: Fridericus Dei*
„ *gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Rex Sici-*
„ *liæ. Ex altera proſpectum Romana Urbis cum lite-*
„ *ris in porta: Aurea Roma. Et aliis circumductis:*
„ *Roma Caput Mundi regit orbis fræna rotundi.*

„ FRIDERICUS *II. Divina favente clementia*
„ *Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ*
„ *&c. Inter cætera, quæ pro ſalute noſtra expendi-*
„ *mus, ea nobis magis prodeſſe cognoſcimus, quæ lo-*
„ *cis Divinis, & venerabilibus miſericorditer elar-*
„ *gimur. Ea propter notum facimus univerſis, tam*
„ *præſentibus, quàm futuris; quod Gualterius ven.*
„ *Pennenſis Epiſcopus dilectus fidelis noſter ad præſen-*
„ *tiam noſtræ Majeſtatis accedens nobis humiliter ſup-*
„ *plicavit; ut privilegium Pennenſis Eccleſiæ, olim à*
„ *Domino Imperatore felicis mem. Patre noſtro con-*
„ *ceſſum, confirmare de noſtræ Celſitudinis gratia di-*
„ *gnaremur; cujus itaque Privilegii tenore fore pro-*
„ *ſpeximus: qualiter ipſe D. Imperator divæ recorda-*
„ *tionis, omnia Privilegia eidem Pennenſi Eccleſiæ*
„ *ab Imperatoribus Romanis Carolo, Ludovico, Otho-*
„ *ne, & aliis Imperatoribus, nec non & Regibus Si-*
„ *ciliæ Rogerio, & Willelmo Indulta confirmavit:*
„ *Civitatem videlicet Pennenſem cum omnibus ſuis poſ-*
„ *ſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Ote-*
„ *to, Villam de Poſternella, Caſale, quod ſitum eſt*
„ *inter prædictam Civitatem, & Collem de Mercato*
„ *Mele, Caſtellum de Colle Alto, Eccleſiam S. Ma-*
„ *riæ de Piziano, Eccleſiam S. Petri de Laureto,*
„ *cum Eccleſiis, & poſſeſſionibus ejus, Eccleſiam S.*
„ *Serotimi, Eccleſiam S. Patreniani, Eccleſiam S.*
„ *Barbaræ, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. An-*
A „ *dreæ, Eccleſiam S. Anthimi de Civitate S. Ange-*
„ *li, Eccleſiam S. Mariæ de Planella, S. Petrum*
„ *de Aſmarico, S. Laurentium de fabrica, S. Ma-*
„ *riam de Civitatequana, S. Mariam de Cuſenia-*
„ *no, S. Martham de Bitejo, S. Mariam de Vine-*
„ *to, S. Mariam de Atrio, S. Mariam de Furno,*
„ *S. Clementem de Balbino, S. Petrum ad Pennen-*
„ *ſem, S. Mariam de Tubila, S. Georgium de Orna-*
„ *no, S. Rufinam de Aquilano, S. Angelum de Pu-*
„ *teo cum earum juſtis poſſeſſionibus, & quidquid libe-*
„ *ralitate Principum, conceſſione Pontificum, obla-*
„ *tione Fidelium, ſeu quolibet alio modo emanaviſſe,*
„ *& rationabiliter potuerit adipiſci. In ipſo etiam Pri-*
„ *vilegio vidimus contineri qualiter ipſe D. Imperator*
„ *eidem Eccleſiæ conceſſerat, & confirmavit duo Ca-*
„ *ſtella, Collealtum videlicet, & Pulianum, ut Do-*
„ *minus, de ipſis Caſtellis prædictis, & omnes eorum*
„ *homines perpetuò Civitatem Pennenſem inhabitent,*
„ *& Pennenſi Epiſcopo ligium . . . . & fidelitatem*
„ *exhibeant, & reſpondeant eidem ſicuti alii homi-*
B „ *nes, qui eamdem Civitatem inhabitant, ſalvis de-*
„ *bitis Ruſticorum, quæ ipſis Dominis debentur. Inſu-*
„ *per in ipſo Privilegio continebatur, ut Pennenſis Ec-*
„ *cleſia cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ad nullum alium,*
„ *niſi ad Dominum Imperatorem, & Succeſſores ip-*
„ *ſius, & Hæredes teneatur habere reſpectum. Nos*
„ *igitur ſupradicti Epiſcopi ſupplicationem benignius*
„ *admittentes, tam ipſius D. Imperatoris Patris no-*
„ *ſtri fel. mem. quàm ſupradictorum, & Regum Pri-*
„ *vilegia munimine Regio pro meæ ſalutis remedio con-*
„ *firmamus: ſtatuentes firmiter, & Regia præcipien-*
„ *tes auctoritate, ut nullus ſit, qui eamdem Pennen-*
„ *ſem Eccleſiam contra Privilegia nominata impedi-*
„ *re, aut moleſtare præſumat, ad hujuſmodi autem*
„ *noſtræ confirmationis memoriam præſens Privilegium*
„ *item fieri fecimus, Bulla Aurea noſtræ Celſitudinis*
„ *roboratum. Anno, menſe, & Indictione ſubſcri-*
„ *ptis. Dat. apud Nuenbert anno Dom. Incarn. 1209.*
„ *X. menſis Novembris, Ind. 8. Regnante D. noſtro*
„ *Friderico Dei gratia II. Romanorum Rege Invictiſ-*
„ *ſimo, & Rege Siciliæ, anno verò Romani Regni*
„ *ejus in Germania 7. in Sicilia XXII. feliciter.*
„ *Amen.* Lucentius. )

17. * ANASTASIUS ( „ *De Venantiis Pennen-* XVII
„ *ſis*, ) ſucceſſit Gualderico vir ſanctimonia clarus, * 1. Ap
qui S. Franciſcum in Pennenſi civitate lætus excepit, locumque ei contulit ad monaſterium ædificandum. Anaſtaſii unicum documentum habemus ex ſæpe citato tabulario Pennen. eccleſiæ, quo anno 1215. menſe Novembris bonus iſte Præſul perpetuò jus donat Pennenſi populo, quod habebat in publico civitatis foro, ut vocant, ubi die Sabbati nundinæ habebantur, in hæc verba.

*In nomine D. N. J. C. Anno Incarn. ejuſdem MCCXV. Indict. 3. XIV. die inſtantis menſis Decembris.*

*Nos Anaſtaſius permiſſione divina Pennen. Epiſcopus.*

*Explorati juris & amplectendæ conſuetudinis vigor exigit, & poſtulat, inceſſanter ad eos manus extendere largitatis, & aures precibus inclinare, quos nobis utroque jure cœleſtis voluit ſubeſſe dignatio, qui ſunt pro nobis fidelitatis debito plenius copulati, quorum hinc inde vota perſpicaciter intuentes per ingratitudinem relinquere nolumus, non ſolum ſi amplius, verum etiam ſi aliquid aliquando nobis, & Pennen. Eccleſiæ ad debita reſponderunt, propterea ſingulariter ſingulis, & generaliter omnibus ſumus, & fieri volumus ad beneficia promptiores. Et inde eſt dilecti in Domino filii, & fideles civitatis Pennenſis cives petitionibus veſtris generaliter porrectis celerius annuentes, quod bona, & ſpontanea voluntate noſtra jus noſtrum Plateæ die Sabbati, quod habemus in mercato civitatis Pennenſis ad nos ſpecialiter ſpectans pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum remittimus, & irrevocabiliter relaxamus, per præſentia ſcripta firmantes, ut non nobis de cætero, vel ſucceſſoribus noſtris ullo unquam tempore per nos, aut alios remiſſionem prædictam aliqualiter liceat revocare, nec jus habeamus revocandi, ſeu præſens*

pri-

*privilegium aliquo modo, vel ingenio revocare, vel violare, & ut dictæ Plateæ noſtræ die Sabbati tantum omnibus ad mercatum civitatis Pennen. venientibus, res ſuas per venditionem, vel emptionem commutantibus remiſſio, & relaxatio, ac hujus remiſſionis, quietationis, & relaxationis ceſſio, & firmatio perpetuò ſtabilis, & illibata permaneat, Dilecto in Dilecto in Domino filio noſtro presbytero Joanni Pennenſi Canonico, & publico notario dedimus in mandatis, ut hæc in publicam formam redigeret, & chartam exinde faceret, quod præſentibus notitiam, futuris memoriam, fidem faceret pleniorem. Ego Notarius prædictus ad mandatum ſpontaneum Domini mei, & Patris D. Anaſtaſii ven. Pennenſis Epiſcopi, & civium preces in civitate Pennenſi compoſui, ſcripſi, complevi, & reddidi Anno Domini, Indict. die & menſe ſupradictis.*

*Nos Anaſtaſius Pennen. Epiſcopus præſens ſcriptum ſigno Crucis † propria manu concedo & confirmo.*

*Ego Ferro Præpoſitus rogatus teſtis interfui.*

*Ego Beraldus Archipresbyter rog. teſtis interfui.*

*Ego Presb. Joannes & Eccleſ. Pennen. canonicus rogatus, &c.*

*Ego Brunus Diac. & Eccleſ. Pennen. Canonicus rogatus, &c.*

*Ego Diac. Joannes Eccleſ. Pennen. Canonicus, &c.*

*Ego Jo. Gualterius Eccleſ. Pennen. Canonicus, &c.*

*Ego Henricus Sacriſta, & Eccleſ. Pennenſ. Canonicus, &c.*

*Ego Thomas Archipresb. S. Nicolai rogatus teſtis.*

*Ego Presb. Gualterius de .. teſtis, & alii teſtes.*

*Ego ſupradictus Notarius hanc chartam compoſui, ſcripſi, & confeci, & reddidi anno Dom. Ind. die, & menſe ſupradictis, & ſigno præſenti, &c.*

Eodem hoc anno 1215. Anaſtaſius donavit Eccleſiam S. Amici ſuæ Diœceſis poſitam in territorio civitatis S. Angeli Monaſterio Caſæ novæ; ſequenti vero mortem obiit. Corpus ejus in Cathedrali requieſcit. („ *Romano Concilio ab Innocentio convocato interfuit. Eccleſiam conſecravit B. Columbæ: & S. Joannis ad Inſulam. Colitur ut Beatus. Per hujus obitum, vel ſane Gualterii prædeceſſoris Capitulum quendam elegit, quem quia inſufficientem, & ante Apoſtolicum placitum adminiſtrantem Innocentius III. dejecit, ut ex Decr. de elect. tit. 6. c. 17.* Lucentius.)

XVIII * Ex App. tom. 9.

18. * GUALTERIUS Caſinenſis Monaſterii Monachus ſub Cœleſtino III. communi Monachorum conſenſu electus eſt Abbas S. Bartholomæi de Carpineto, ab eodem Pontifice confirmatus 5. Kal. Aprilis anno pontif. 3. Hic cum diù Abbas fuiſſet, defuncto Gualderico Epiſcopo Pennenſi, à Capitulo electus, & confirmatus eſt anno 1217. ut ex litteris Honorii III. ad Monachos ejuſdem Cœnobii datis patet, quas exſcribimus ab originali.

*Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

*Dilectis filiis Conventui Monaſterii S. Bartholomæi de Carpineto ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Gualterius quondam Abbas veſter in Pennenſem Epiſcopum ſit aſſumptus, ne Monaſterium veſtrum diutius maneat Paſtoris ſolatio deſtitutum, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus convenientibus in unum, Spiritus ſancti gratia invocata, talem vobis præficiatis per electionem Canonicam in Paſtorem, qui tanto congruat oneri & honori. Dat. Laterani 11. Kal. Martii Pontificatus noſtri anno 1.*

Hic anno 1219. & 1220. à Federico II. Imperatore privilegiorum ſuæ Eccleſiæ confirmationem obtinuit, præſertim verò, Henrici VI. Imperatoris, Regumque Siciliæ. Diplomatis tenor talis eſt ex eodem tabulario.

*Federicus II. divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

*Inter cætera, quæ pro ſalute noſtra expendimus, ea nobis magis prodeſſe cognovimus, quæ locis divinis, & venerabilibus miſericorditer elargimur. Ea propter notum facimus univerſis tam præſentibus, quam futuris, quod Gualterius ven. Pennen. Epiſcopus dilectus fidelis noſter ad præſentiam noſtræ majeſtatis accedens nobis humiliter ſupplicavit, ut privilegium Pennenſis Eccleſiæ olim ab Imperatore fel. me. patre noſtro conceſſum confirmare, de noſtræ celſitudinis gratia dignaremur. Cujus itaque privilegii tenorem fore proſpeximus, qualiter ipſe D. Imperator divæ recordationis omnia privilegia eidem Pennenſi Eccleſiæ ab Imperatoribus Romanorum Carolo, Ludovico, Ottone, & aliis Imperatoribus, nec non & Regibus Siciliæ Rugerio, & Guglielmo indulta confirmavit, civitatem videlicet Pennenſem cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Octo, villa de Paternella, Caſale, quod ſitum eſt inter prædictam civitatem, & collem de Mercato, Metze, caſtellum de Collealto, Eccleſiam S. Mariæ de Liviano, Eccleſiam S. Petri de Laureto cum Eccleſiis, & poſſeſſionibus ſuis, Eccleſiam S. Serotini, Eccleſiam S. Paterniani, Eccleſiam S. Barbaræ, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Antimi de civitate S. Angeli, Eccleſiam S. Mariæ de Moſcuſo, Eccleſiam S. Mariæ de Planella, S. Petrum de Aſmarico, S. Laurentium de Fabrica, S. Mariam de Civitaquana, S. Mariam de Cateniano, S. Mariam de Bivio, S. Mariam de Ulmeto, S. Mariam de Adro, S. Mariam de Trivio, S. Clementem de Balbiano, S. Petrum ad Pennenſem, S. Mariam de Robilia, S. Georgium ad Ornanum, S. Rufinam de Aquilano, s. Angelum de Pletro, cum earum juſtis poſſeſſionibus, & quicquid liberalitate Principum conceſſione Pontificum, oblatione fidelium, ſeu quolibet alio modo juſto, & rationabiliter poterit adipiſci. In ipſo etiam privilegio vidimus contineri, qualiter ipſe D. Imperator eidem Eccleſiæ conceſſerit, & confirmaverit duo caſtella, Colle-altum videlicet, & Pluvianum, ut Dominus de caſtellis prædictis, & omnes eorum homines perpetuò civitatem Pennenſem inhabitent, & Pennenſi Epiſcopo ligium hominum, & fidelitatem exhibeant, & reſpondeant eidem, ſicut alii homines, qui ipſis Dominis debentur. Inſuper in ipſo privilegio continebatur, ut Pennenſis Eccleſia cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ad nullum alium, niſi ad ipſum D. Imperatorem, & ſucceſſores ipſius, & hæredes teneantur habere reſpectum. Nos igitur ſupradicti Epiſcopi ſupplicationem benignius admittentes, tam ipſius D. Imperatoris Patris noſtri fel. mem. quam ſupradictorum Imperatorum, & Regum privilegia munimine Regio pro noſtra ſalutis remedio confirmamus, ſtatuentes firmiter, & Regia præcipientes auctoritate, ut nullus ſit, qui eandem Eccleſiam Pennenſem contra privilegia nominata impedire, aut moleſtare præſumat. Ad hujus autem confirmationis memoriam præſens privilegium inde fieri fecimus, Bulla aurea noſtræ celſitudinis roboratum, anno menſe, & Indictione ſubſcriptis.*

*Datum apud Nuremberg. anno Dom. Incarn. 1220. 19. menſ. Novembris. Indict. 8. Regnante D. noſtro Frederico Dei gratia II. Romanorum, Regni ejus in Germania VII. in Sicilia 22. feliciter. Amen.*

*Federicus divina clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

*Etſi de noſtri gratia Domini, & plenitudine poteſtatis ad quoslibet fideles noſtros oculos noſtræ debemus liberalitatis extendere, illorum tamen vota ſpecialiter tenemur patrocinio confovere, pro quibus fides, & devotio evidentibus meritis . . . & ex juſto fidelitatis obſequio immenſitati Serenitatis Imperalis redduntur accepti. Ea propter notum facimus univerſis noſtris fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, quod cum Gualterius venerab. Pennenſis Epiſcopus fidelis noſter juxta generale noſtrum edictum à majeſtate noſtra Capuæ promulgatum privilegia quædam Pennenſis Eccleſiæ à Divis Auguſtis progenitoribus noſtris indulta, curiæ noſtræ in conſtituto termino præſentaſſet, Nos ipſorum privilegiorum tenore diligenter inſpecto, pro ſalute noſtra, & remedio animarum prædictorum progenitorum noſtrorum recolenda memoriæ privilegia ipſa eidem Epiſcopo de gratia noſtra reſtituimus, & ea omnia, quæ in ipſis privilegiis vi*

*dimus contineri, ſicut Eccleſiæ Pennenſi rationabili-* A
*ter pertinent, & juſte tenuit temporibus ſupradictis,*
*ipſi Epiſcopo, & Pennenſi Eccleſiæ de gratia noſtra*
*duximus in perpetuum confirmanda, ſalvo ſervitio,*
*quod curiæ noſtræ debetur, & ſalvo mandato, & or-*
*dinat. noſtra, ſalvo etiam ſervitio unius militis,*
*quod de caſtro Puliano Comitibus Manupello debe-*
*tur, ſicut in privilegio ab Imperatore Henrico quon-*
*dam Patre noſtro recolendæ memoriæ eidem Eccle-*
*ſiæ indulto plenius continetur. Cæterum quia per in-*
*juriam unum privilegiorum ipſorum Divi Patris no-*
*ſtri D. Imperatoris Henrici erat ex parte conſum-*
*ptum, ad ſupplicationem præfati Epiſcopi præſenti pa-*
*gina de verbo ad verbum illud juſſimus annotari, cu-*
*jus tenor talis eſt.*

*In Nomine S. & Individuæ Trinitatis Henricus VI.*
*divina favente clementia Romanorum Imperator*
*ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.*

*Inter cætera, quæ in actus pios expendimus, iſtud no-* B
*ſtris utilitatibus commodius applicamus, cum Eccle-*
*ſiis, & locis venerabilibus munificentiæ noſtræ dona*
*conferimus, ac eorum utilitatibus pia conſideratione*
*ſubvenire ſtudemus. Inde eſt, quod nos ob remiſſionem*
*animarum parentum noſtrorum divorum Auguſtorum,*
*ac longæva noſtri conſervatione Imperii, nec non ob-*
*tentu fidelitatis Othonis venerab. Pennenſis Epiſcopi,*
*quem in noſtris ſemper obſequiis fidelem novimus, &*
*devotum, concedimus, & perpetuo confirmamus ſibi,*
*& ſucceſſoribus ſuis quicquid Eccleſiæ Pennenſi dudum*
*conceſſum eſt per privilegia Romanorum Imperatorum*
*Caroli, Ludovici, Othonis, & aliorum Imperato-*
*rum, nec non & Regum Siciliæ Rogerii, & Gugliel-*
*mi, videlicet civitatem Pennenſem cum omnibus ſuis*
*poſſeſſionibus, cum S. Joanne de Cypreſſo, Ceſe, Octe-*
*to, caſale, quod ſitum eſt inter prædictam civitatem,*
*& collem de Mercato, & Meze, & caſtellum de*
*Colle alto, Eccleſiam S. Mariæ de Pizzano, Eccle-*
*ſiam S. Petri de Laureto, cum Eccleſiis, & poſſeſſio-*
*nibus ſuis, Eccleſiam S. Serotini, Eccleſiam S. Pa-*
*terniani, Eccleſiam S. Barbaræ, Eccleſiam S. An-* C
*geli, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Antimi de*
*civitate S. Angeli, Eccleſiam S. Mariæ de Moſcufo,*
*Eccleſiam S. Mariæ de Planella, & S. Petrum de Aſ-*
*marico, S. Laurentium de fabrica. S. Mariam de*
*Civitaquana, S. Mariam de Cateniano, S. Ma-*
*riam de Bivio, S. Mariam de Olmeto, S. Mariam*
*de Adro, S. Mariam de Trivio, S. Clementem de*
*Balbiano, S. Petrum ad Pennenſem, s. Mariam de*
*Rubilia, s. Georgium de Ornano, s. Rufinam de A-*
*quilano, s. Angelum de Puteo cum earum juſtis poſſeſ-*
*ſionibus, & quicquid liberalitate Principum, conceſ-*
*ſione Pontificum, oblatione fidelium, ſeu quolibet a-*
*lio modo in antea juſtè, & rationabiliter Deo propitio*
*acquirere potuerit. De novo quidem concedimus, &*
*præſentis ſcripti pagina confirmamus Pennenſi Eccleſiæ*
*duo caſtella, videlicet Colle-altum, & Pulianum hoc*
*modo, ut Domini de ipſis caſtellis ſupradictis, & eo-*
*rum homines perpetuo civitatem Pennenſem inhabitent*
*ſalvis debitis ruſticorum, quæ ipſis Dominis, & ven.* D
*Epiſcopo Oddoni ſupradicto, & ſucceſſoribus ſuis ca-*
*tholicè ſubſtitutis, ligium hominum, fidelitatem ex-*
*hibeant, ſibi, & poſteris ſuis in omnibus reſponden-*
*tes, ſicut alii homines, qui eandem civitatem inha-*
*bitant, volentes, & perpetuis futuris temporibus con-*
*firmantes, ut Pennenſis Eccleſia cum prædicta civita*
*te, in omnibus ſuis poſſeſſionibus ad nullum alium, ni-*
*ſi ad nos, noſtroſque heredes, vel ſucceſſores tenea-*
*tur habere reſpectum. Statuentes, & Imperiali præci-*
*pientes edicto, ut amodo in antea nulla humilis, vel*
*alta perſona, Eccleſiaſtica, vel ſecularis præd. præfa-*
*tæ Eccleſiæ, & Canonicorum res & poſſeſſiones in ali-*
*quo moleſtare, vel conturbare præſumat. Si quis igi-*
*tur confirmationis, præcepti, donationis, & conceſ-*
*ſionis noſtri Mundburdi violator extiterit culpabilis,*
*ſolvere cogatur mille libras auri optimi, medietatem*
*Cameræ noſtræ, & medietatem prætaxatæ Pennenſi*
*Eccleſiæ, atque Oddoni Epiſcopo, & Canonicis, eo-*
*rumque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, dili-*
*genterque ab omnibus obſervetur, præſens exinde pri-*

*vilegium conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus*
*communiri. Hujus rei teſtes ſunt. Henricus Vorma-*
*tienſis Epiſcopus, Colſogerius Patavienſis Epiſcopus,*
*& Philippus frater noſter, Guglielmus Ravennenſis*
*Archiepiſcopus, Matthæus Capuanus Archiepiſcopus,*
*Atto Aprutinus Epiſcopus, Guglielmus Valvenſis E-*
*piſcopus, & alii quamplures. Ego Conradus Impe-*
*rialis aulæ Cancellarius una cum Gualterio Trojano E-*
*piſcopo Regni Siciliæ, & Apuliæ Cancellario recogno-*
*vimus, Signum D. Henrici VI. Romanorum Impera-*
*toris Invictiſſimi ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ.*
*Acta ſunt hæc anno Dom. Incarnat. 1195. Indict. 13.*
*Regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore glo-*
*rioſiſſimo ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ, anno Re-*
*gni ejus XXV. Imperii verò IV. & Regni Siciliæ I. Da-*
*tum Bari per manus Alberti Imperialis aulæ Prothono-*
*tarii pridie Non. Aprilis præſcriptæ Indictionis. Ad*
*hujus autem noſtræ confirmationis, & ſupraſcripti pri-*
*vilegii renovationis firmitatem præſens privilegium per*
*manus Guglielmi de . . . . Notarii & fidelis*
*noſtri ſcribæ, & ſigillo majeſtatis noſtræ juſſimus com-*
*muniri. Anno, menſe, & Indictione ſupraſcri-*
*ptis.*

*Datum Meſſanæ poſt curiam Capuæ celebratam anno*
*Dom. Incarnat. 1221. menſe Junii nonæ Indictionis.*
*Imperii verò Dom. noſtri Federici Dei gratia invictiſſi-*
*mi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis*
*Siciliæ anno I. Regni Siciliæ anno XXIV. feliciter.*
*Amen.*

Anno 1228. reduxiſſe Gualterium numerum Ca-
nonicorum Cathedralis Eccleſiæ docet ejuſdem
Gualterii documentum ita conſcriptum, hactenuſ-
que aſſervatum in eodem tabulario.

*In Nomine D. N. J. C. Dei æterni. Amen. Anno*
*ejuſdem 1228. Indictione 1. 3. Idus Aprilis.*

*Cum Pennen. Eccleſia oneroſa Canonicorum multitu-*
*dine gravaretur, quam non poterat abſque penuria ſuis*
*facultatibus tolerare, neceſſariorum defectus inter ipſos*
*Canonicos, & eorum Præpoſitum contentionis, & ſcan-*
*dali materia quidem gerebat, & urgebat alios ad ruſti-*
*canos actus extendere manus ſuas, & alios in civilibus*
*patronos eſſe cauſarum, propter quod divinum officium*
*lædebatur, & ipſi Canonici perinde animarum ſuarum*
*pericula incurrebant. Cum igitur juxta canonicas ſan-*
*ctiones tot in Eccleſia inſtitui debeant, quot poſſint de*
*bonis ipſius commodè ſuſtentari, & ut contentionis, &*
*ſcandali materia præcidatur militantibus in Eccleſia*
*JESU CHRISTI, via criminis arceatur, & di-*
*vinum Officium laudabilius celebretur, Nos Gualte-*
*rius Dei gratia humilis Pennenſis Epiſcopus de commu-*
*ni voluntate, & conſenſu Capituli, certum Canonico-*
*rum numerum duximus in ea ſtatuendum. Statuimus*
*itaque, & irrevocabiliter ordinamus ſexdecim Cano-*
*nicorum numerum in Pennen. Eccleſia de cætero in Ca-*
*nonicorum inſtitutionibus obſervari, quem ſufficientem*
*ſcimus pro modulo facultatum ejus, nec majori numero*
*credimus ſufficere vires ipſius, quare numerum præfi-*
*xum pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris promittimus ir-*
*revocabiliter obſervare, nec aliquem recipere ultra*
*ipſum. Statuimus inſuper, ut ſi Canonicorum quiſ-*
*quam cum ventum fuerit ad numerum memoratum per*
*menſem, vel ultra futurus ſit abſens ex aliqua juſta*
*cauſa, Vicarium, ſi poteſt, per ſe ſtudeat invenire,*
*quem nobis, vel ſucceſſoribus noſtris in Capitulo in no-*
*ſtra, vel noſtrorum ſucceſſorum abſentia repræſentet,*
*qui divinorum obſequiorum reſidentibus onera patia-*
*tur, & cotidianum victum in ultimo loco intereſſe, do-*
*nec vicem ſupplet abſentis, percipiat, cum eiſdem, ſi*
*nobis, vel ſucceſſoribus noſtris in noſtra, vel ſucceſſo-*
*rum noſtrorum abſentia idoneus viſus fuerit, & hone-*
*ſtus, alioquin per nos, vel ſucceſſores noſtros, vel*
*per Capitula in noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum ab-*
*ſentia Vicarius ordinabitur pro abſente, ſi viſum fue-*
*rit expedire. Vicarius autem non erit perpetuus, ſed*
*ad tempus, quod noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum ar-*
*bitrio ſtatuimus moderandum. De abſentibus autem*
*Canonicis, quos in præſentiarum Pennen. habet Eccle-*
*ſia, qui reſidentiam apud ipſam hactenus non fecerunt,*
*nec de futuro aliqua ſpes habeatur, ſtatuimus infra*

præ-

*præfinitum Canonicorum numerum, donec abſentes fuerint, non includi, cum ad ipſum ventum fuerit, vel minorem, quod ſi ad minorem venitur, ut aliquem, vel aliquos inſtituere ſit neceſſarium, ſtatuimus dictos abſentes requirendos eſſe, ſi commode requiri poſſunt, quatenus ſi velint, & poſſint reſidentiam facere in Eccleſia noſtra, & per eos ſtatutus numerus conſervetur, alioquin ex tunc per canonicam inſtitutionem alterius, vel aliorum ſtatutus numerus inſtauretur, hac conſtitutione nihilominus in ſuo robore duratura. Præſenti tamen conſtitutione ſtatuimus, ut nullus de cætero in Pennenſem Canonicum aſſumatur, niſi promittat, & velit reſidentiam apud nos continuam facere poſt deceſſum conceſſionem, vel tranſlationem præſentium, & eorum, quos reputamus abſentes, quorum abſentium nomina ad majorem evidentiam præſenti conſtitutione duximus inſerenda. Sunt autem hæc. Mag. Raynaldus de Tantia, Donnus Raynaldus Abbas S. Martini, Cæſareus Senebaldus, Mag. Matthæus Archidiaconus Aprutinus, D. Berar. de Canzano, Not. Rogerius, & Not. Riccardus. Illud etiam præſenti conſtitutione duximus annectendum, ut in poſterum canonicorum numero Abbas S. Petri ad Pennenſem, Archipresbyter S. Clementis in Balbiano, Archipresb. civitatis S. Angeli & Archipresb. S. Mariæ de Monte Silvano, ſiquidem aſſumpti de Pennenſi Capitulo fuerint, ſicut hactenus conſuevit. Ut autem hæc conſtitutio robur obtineat firmitatis, hoc inſtrumentum per manus dilecti in Chriſto filii, & familiaris noſtri Gualterii Pennen. civitatis Archipresbyteri fieri fecimus, ſigilli noſtri, & ipſius Capituli munimine roboratum, ipſumque inſuper propria ſubſcriptione munivimus, & ſinguli de Capitulo ſuis ſubſcriptionibus munierunt.*

*Nos Gualterius Dei gratia humilis Pennen. Epiſcopus.*

*Ego Brun. Pennen. Archidiaconus conſenſi, &c.*
*Ego Bartholomæus Præpoſitus Pennen. conſenſi, &c.*
*Ego Grimaldus diaconus, & Primicerius conſenſi, &c.*
*Ego Brun. Presbyter conſenſi, &c.*
*Ego Sacerdos Joannes conſenſi, &c.*
*Ego Odoroſius Levita conſenſi &c.*
*Ego Liadaſſus Subdiaconus conſenſ. &c.*
*Ego Simon presb. conſenſ. &c.*
*Ego Leonardus Presbyt. & Primicerius conſenſi, &c.*
*Ego Joannes Lamberti presb. conſen. &c.*
*Ego Nicodemus presb. conſenſ. &c.*
*Ego Joannes diacon. conſenſ. &c.*
*Ego Janober. diacon. conſenſ. &c.*
*Ego Leonardus Acolythus conſenſ. &c.*
*Ego Nicolaus Acolythus conſenſi, &c.*
*Ego Riccardus Acolythus conſenſi, &c.*
*Ego Gualterius Pennen. Archipresb. hoc inſtrumentum de mandato D. noſtri Gualterii venerab. Pennen. Epiſcopi, & conſenſu Capituli ſcripſi anno, menſe, die Indict. prætitulatis ſupra feliciter, & conſenſi, &c. Cum ſigillo Epiſcopi, & Capituli.*

Hanc Gualterii ordinationem confirmavit Gregorius IX. anno Pontif. 6.

D *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Pennenſi ſal. & Apoſtolicam benedictionem.*

*Ut determinatus ſit in Eccleſia numerus miniſtrorum, non modicum noſcitur expedire, ne proviſione careat ſuperflua multitudo, vel ex paucitate dignum Deo ſervitium ſubtrahatur. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ſextum decimum Canonicorum numerum à venerabile fratre noſtro Pennen. Epiſcopo in eccleſia veſtra provida deliberatione taxatum, prout in ipſis litteris confectis, exinde plenius dicitur contineri, ſicut eſt providè . . . auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut eadem Ec-*

A *cleſia prædicto numero ſit contenta, niſi adeo ipſius excreverint facultates, quod ipſum merito exigat augmentari, ſalvo in omnibus ſedis Apoſtolicæ mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Si quis autem, &c.*

*Datum Spoleti 6. Kalend. Julii Pontific. noſtri anno 6.*

Ex hoc Gregorii diplomate dato anno 1232. conſtat Gualterium adhuc in vivis fuiſſe, quem etiam invenio multos poſt annos Pennenſem gubernaſſe Eccleſiam; quamobrem Petrus, Octavianus, & Raynerius in catalogo inter Epiſcopos annumerati poſt Gualdericum ex ſuſpectæ fidei auctoribus, ab illa ſerie exulare jure merito mihi videntur, & immediatè poſt Gualterium, apponendus Beraldus, cui dandus locus 19. non vigeſimus, hoc ſcilicet ordine 15. Otto, ſive Oddo, 16. Gualdericus, 17. Anaſtaſius, 18. Gualterius, 19. Beraldus.

19. BERALDUS a Pennenſis Epiſcopus, eoque ſedente anno 1252. Eccleſia S. Mariæ Hadrien- XIX a Seu Beraldus.
B ſis ab Epiſcopo Cardin. Albanenſi in Cathedralem erecta, & Pennenſi Eccleſiæ unita, Innocent. IV. ſuo diplomate perpetuo ſanxit, ut Epiſcopus Pennenſis, & Hadrienſis diceretur, certis pactis, & conditionibus, ut ibidem legitur, ex vatic. regeſt. deſumpto, ep. 160. f. 136.

*Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Capitulo, & univerſo clero, necnon poteſtati, conſilio, & communi civitatis Hadrien. &c. Licet ea quæ de mandato noſtro fiunt, in ſe robur obtineant firmitatis, ut tamen intemerata conſiſtant, cum noſtro fuerint præſidio communita, & libenter Apoſtolico munimine roboramus. Cum itaque vener. Fr. noſtr. Albanenſis Epiſcopus, attendens devotionem, quam ad Apoſtolicam ſedem habetis, locum Hadriæ de ſpeciali mandato noſtro, vocari decrevit civitatem, & Eccleſiam S. Mariæ Hadrien. in cathedralem erigen. tam ipſam, quàm Pennenſem Eccleſiam ad invicem duxerit uniendas, prout in ipſius litteris ſuper hoc*
C *confectis plenius continetur. Hoc quod per eundem Epiſcopum in hac parte factum eſt, ratum habentes, & gratiam id. de ſ. n. con. authoritate Apoſtolica confirmantes tenore litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes. Qui talis eſt.*

*PEtrus miſeratione divina Epiſcopus Albanenſis dilecto in Chriſto Capitulo, ac ven. clero, nec non & . . . . poteſtati, concilio, & communi Civitatis Hadrien. ſalutem in Domino ſempiternam. Devotionis, & fidei veſtræ meretur affectus, ut ſedes Apoſtolica mater noſtra vos habeat tanquam filios ſpeciales, & in iis quæ honorem veſtrum reſpiciunt, ſic ſe favorabilem exhibeat, & benignam, ut per hoc veſtra probata ſinceritas erga ſedem eandem continuò vigeat, & laudabilibus proficiat incrementis. Ut igitur ex fervore devotionis, quam ad Romanam Eccleſiam pro exhibitione operis habuiſtis hactenus, & habetis dante Domino in futurum ſentiatis vobis favorem Apoſtolicum accreviſſe, Nos de ſpeciali mandato Domini Papæ perſonas veſtras honorare volentes, & locum Hadriæ, in quo populus tantæ fidei, & devotionis cohabitat, ſpecialis decoris præeminentia inſignire, ipſum vocari decernimus Civitatem, & eum Epiſcopali dignitate perpetuum volumus decorari. Ad hæc Eccleſia S. Mariæ Hadriæ, quæ olim de Pennenſi Diœceſi eſſe ſolebat, in qua ſecularis Prælatus præfuerat, in Cathedralem erigimus tam ipſam, quam Pennen. Eccleſiam ad invicem unientes, ut utraque Cathedralis exiſtat, & tam Hadrienſis, quam Pennenſis Epiſcopus nominetur, ita videlicet, ut cum eumdem Epiſcopum Hadriæ, vel in Hadrienſi Eccleſia adeſſe contigerit, ut addatur gratia, & per hoc locus ipſe habeatur inſignis Hadrien. Hadrien. præferatur Pennen. Eccleſiæ in ſcriptura. Sed cum idem Epiſcopus in Civitate, vel Eccleſia Pennenſi fuerit, Pennen. Eccleſia præferatur. Eccleſia verò Archid. & canonicis Pennen. Jura ſua volumus illibata ſer-*

*vari, quia per hanc unionem nolumus eas in ſuis juribus pati aliquod præjudicium, vel jacturam. Sanè quia non decet Præſulem loci tam nobilis in temporalibus pati defectum, cum eum oporteat in loco, utpote populato morari, frequenter, & honorificè procedere pro utriuſque Eccleſiæ negotiis peragendis, præfatam cathedralem Eccleſiam s. M. Hadrien. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ipſi Epiſcopo duximus concedendam, vobis poteſtati, & conſilio, ac communi nihilominus injungentes, ut de bonis veſtris propriis ematis eidem Epiſcopo poſſeſſiones ſufficientes, ut tam ex iis, quam ex aliis proventibus ipſius Eccleſiæ, poſſit decenter vivere, & Eccleſiaſticis prolegatis, cæteriſque hoſpitibus ad eum confluentibus neceſſaria miniſtrare. Domum etiam Epiſcopalem faciatis eidem decentem, & donec ipſa fiat, provideatis ei de domo communi, in qua poſſit honorificè commorari. Verum quia s. Ioannis in Gauavello, s. Nicolai de Hadria, s. Mariæ in Vallibus, s. Nicolai in Galvano, s. Mariæ in Montio, s. Claudis, s. Guillelmi, s. Angeli, s. Joannis in Gogovano, s. Clementis de Guardia, s. Salvatoris de Silvio, s. Joannis, & s. Martini de Caſulis, s. Concordii, s. Georgii de Muraldo, s. Silveſtri, & s. Blaſii, s. Salvatoris de Caſa Combuſta, s. Petri, & s. Mariæ de Metimiano, s. Pauli, & s. Leonardi, s. Joannis de Aquaviva. & nonnullæ aliæ Eccleſiæ de Hadria, & ejus diſtrictu ad s. Joannis in Venere, & s. Clementis de Piſcaria, & quaſdam alias Abbatias pertinere narrantur, quas dictus pro Eccleſia Hadriæ tenere, vobis mandamus, ut ſi dictus Epiſcopus Eccleſias ipſas legitimè retinere nequiverit, & . . . ab eo facietis recompenſationem competentem Abbatiis prædictis de memoratis Eccleſiis retinendis ad opus ejuſdem Epiſcopi, cum eis potueritis concordare, ſi vero concordare nequieritis, emetis eidem Epiſcopo poſſeſſiones ſufficientes, prout ſuperius expreſſum. In præfata vero Cathedrali Eccleſia, 20. Canonicorum ſecularium numerum eſſe jubemus, quibus aſſignabitis ſufficientes redditus, computatis iis quos habent in eadem Eccleſia, unde poſſint decenter tanquam canonici nobilis cathedralis Eccleſiæ ſuſtentari. In electione autem futuri Pontificis &c. utriuſque capitula conveniant in altera Eccleſiarum ipſarum, vel in loco communi, in quo unanimiter concordabunt, ſed ſi concordare non poſſent de loco, prima electio, quæ emerſerit poſt prædictum Epiſcopum, fiet Hadriæ à canonicis utriuſque Eccleſiæ, & alia in Eccleſia Pennenſi, & ſic deinceps viciſſim, ſi de loco alio communi non poterit inter capitula concordia provenire. Canonici autem illius Eccleſiæ, in qua celebrari debebit electio ubicumque Epiſcopus moriatur, vel cedat, ea vice vocabunt canonicos alterius Eccleſiæ, & ſuos etiam concanonicos ad electionem futuri Epiſcopi celebrandam. Ex hac ſiquidem unione vicinis Epiſcopis, & Abbatibus, cæteriſque prælatis, & clericis, ſeu quibuſcumque perſonis locorum adjacentium, vel vobis ipſis, & Civitati veſtræ, & Cathedrali Eccleſiæ Hadrienſi in juribus, & rationibus veſtris, necnon & Civitati, & Eccleſiæ Pennenſi in juribus, & rationibus ſuis nullum præjudicium generetur. Latere autem vos nolumus, quod ſi a devotione ſedis Apoſtolicæ recedere vos contingat, hujus vos privabimus dignitate. Statuimus inſuper, ut cum canonici utriuſque Eccleſiæ ad electionem convenerint futuri Epiſcopi celebrandam, ut tot canonici ſint ex una Eccleſia, quot ex alia, nam & ſi plures canonici ſint in una, quam in alia, in electione tamen electores cujuſque Eccleſiæ in numero volumus eſſe pares. Acta ſunt hæc, & publicata præſentibus Eccleſiæ utriuſque procuratoribus, & ſyndicis civitatis Hadrienſis. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum Peruſii id. Martii anno Domini 1252. nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Datum Peruſii id. Martii anno ix.*

* Erectio vero Epiſcopatus Adrienſis ſuperiori anno 1251. conſtabilita ab eodem Petro Cardinali ita cõſcripta fuit ex ipſo autographo Adrienſis Eccleſiæ.

* Ex App. t. 7.

*Petrus miſeratione divina S. Georgii ad velum Aureum Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legatus. Dilectis in Chriſto univerſitati, & hominibus Adriæ ſalutem in Domino.*

*Solet s. mater Eccleſia devotos, & humiles filios ad ſuæ pietatis gremium redeuntes benignè recipere, ipſoſque maternæ dilectionis brachiis amplexari, ut ipſorum devotionem provida conſideratione, penſata gratia, eis gratiam ſuæ benignitatis aperiat, & affectum exhibeat eorum ſupplicationibus poſtulatum. Nos igitur, qui ſumus in parte ſollicitudinis dictæ matris aſſumpti, animadvertentes vos ejus filios ſpeciales, non indignè honorem, & exaltationem terræ veſtræ commiſſo nobis officio promovemus. Quapropter auctoritate, qua fungimur, ipſi terræ veſtræ in Eccleſia s. Mariæ loci ejuſdem ſedem Epiſcopalis concedimus dignitatis, ab omni juriſdictione, qua olim tenebatur Eccleſia Pennenſi eandem terram veſtram, & Eccleſiam eximendo. Pro diœceſi quoque Adriani Epiſcopatus totam terram concedimus ſecus rivos Borocelli decurrentis à vertice montium uſquequo intrat in flumen Finis, protenditurque uſque ad mare idem flumen Finis, ab alio latere, ſecus decurrit flumen Tronti à vertice montium uſque ad mare, ita quod omnia caſtra, caſalia, villæ, monaſteria, Eccleſiæ, hoſpitalia exiſtentia infra dictos fines ſint de diœceſi Adriana, eidemque Epiſcopatui ſint ſubjecta, & teneantur reſpondere Eccleſiæ Adrianæ, ſicut olim reſpondere tenebantur Epiſcopatibus, Abbatibus, Eccleſiis, & Hoſpitalibus, tam in demaniis, quam etiam in Baroniis. Eximimus quoque omnes etiam Eccleſias, monaſteria, & Hoſpitalia infra dictam diœceſim ab omni ſubjectione, obedientia, & reverentia, quibus tenentur Epiſcopatibus, Abbatibus, Eccleſiis, & Hoſpitalibus, eaque pleno jure ſubiicimus in ſpiritualibus, & temporalibus Epiſcopatui Adriano. Cui Epiſcopatui in demanium ſuum auctoritate prædicta concedimus civitatem S. Angeli cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, prout eam habuit quondam nobilis mulier Donna Maria Comitiſſa Laureti, tam in demaniis, quam in Baroniis, ſive ſervitiis, ſylva S. Mauri excepta duntaxat. In ipſius etiam demanium ſimili modo concedimus caſtrum Silvi, caſtrum montis Paganini, Cerbiſurcum, villam S. Martini cum omnibus juribus, & rationibus eorundem, totumque demanium, quod huic monaſterio S. Joannis in Venere in Adria, & pertinentiis ejus, tam in domibus, vineis, lodis, caſalenis, molendinis, quam in ſervitiis, quæ olim tenebantur vaſſalli ejuſdem monaſterii exiſtentes in Adria, & pertinentiis ejus, ſolvere monaſterio prædicto, & totum, quod dictum monaſterium habuit infra dictam diœceſim, tam in Eccleſiis, monaſteriis, caſtris, & demaniis, quam etiam Baroniis, & ſervitiis quibuſcunque. Adiicientes hujuſmodi demanio Eccleſias S. Joannis in Caſſianello, S. Nicolai in Galvano, S. Mariæ de Morino, S. Guillelmi, S. Claudii, S. Angeli de Ferrerio, S. Mariæ in Valle, S. Joannis in Gomano, S. Salvatoris de Bigun. S. Mariæ de Pupitiano, S. Clementis de Guardia, & S. Mariæ in Muſano de Cellino cum omnibus caſtris, villis, cellis, juribus, & poſſeſſionibus ipſarum Eccleſiarum, quæ Eccleſiæ ſitæ ſunt in diœceſi ſupradicta, ſtatuentes etiam quod Adrienſis Epiſcopus immediatè ſemper in demanio Eccleſiæ Romanæ conſiſtat. Et ſi contigerit, quod aliquo caſu commune loci ejuſdem Rectoriæ vacaret, Epiſcopus Adrianus, qui pro tempore fuerit, ſuppleat regimen communis ejuſdem, & debeat loco Poteſtatis haberi, donec prædictus futurus adveniat, cui omne regimen conferatur. Ut autem ſpiritualiter, & temporaliter matris Eccleſiæ benevolentia gaudeatis, ſimili vobis auctoritate concedimus, quod civitas Adriana poſſit omni tempore vivere in communi, eligendo, & habendo juxta veſtrum de fidelibus Ec-*

cle-

cleſiæ poteſtatem. Et concedimus vobis ſtatuta face-
re, & facta duximus confirmanda, & quod habeat
in Comitatu totam diœceſim ſupradictam, habeatque
Poteſtas Adriæ imperium, & poteſtatem, ſicut civitas
Peruſina, tam in ipſa civitate Adriæ, quam in comi-
tatu ſuo, recognoſcat de omnibus appellationibus civi-
liter, & criminaliter, quæ ſicut in comitatu prædicto,
exceptis appellationibus, quæ interponentur ab homi-
nibus civitatis. Sitque vobis indultum auctoritate
præſentium, quod nullus civis Adrianus extrahatur
de Adria pro juſtitia facienda in primis cauſis, ne-
que in civilibus, neque in criminalibus, ſed tantum
coram Poteſtate, & Judice ſuo conveniatur, & judi-
cetur ibidem. Omnes cives Adriæ, ſint liberi, & exem-
pti in perſonis, & bonis eorum ſalvis juribus, & ratio-
nibus Dominorum ſuorum, mera gaudeant liberta-
te. Omnes quoque Comites, & Barones, qui poſ-
ſeſſiones in prædicto Comitatu habent, teneantur E-
piſcopo, & Poteſtati Adriano in obedientia, & fide-
litatis juramento præſtandis, ſicut Comites, & Baro-
nes Comitatus Peruſii tenentur Epiſcopq, & com-
muni Peruſino. Vobis inſuper auctoritate prædicta
concedimus, ut civitas Adriæ poſſit habere portum
propè littus, & littora maris per totum comita-
tum ubique. Sit in demanio ſemper S. R. Eccle-
ſiæ, nulloque tempore ſubjiciatur alicui Regi, vel
alii Domino temporali. Quodque cuncta demania
regalia, quæ fuerunt olim quondam Federici Prin-
cipis Romanorum, & anteceſſorum ejus in Adria ſu-
per pertinentiis, tam in terris, vineis, nemoribus,
quam molendinis, redditibus, & ſervitiis vaſſallo-
rum demaniorum ejus D. Federici, in demanio
Comitatus Adriæ perpetuò uniantur. Vobis etiam
duximus concedendum, quod cives Adriani, qui
tenentur primi redditus . . . ſervitia perſonalia,
& realia Eccleſiis, Baronibus, Militibus, & Com-
muni Adriæ, ut poſſint liberari à poteſtate eorumdem,
aut mu. . . . admiſſionem, & ſervitia in quan-
titate pecuniæ, aut ſolvendo certam quantitatem pe-
cuniæ pro integra libertate omnium prædictorum red-
dituum & ſervitiorum, aut relinquendo certam
partem territorii Eccleſiis, Dominis, ſive Commu-
ni veſtro juxta ſtatutum, & ordinationem conſilii A-
drienſis civitatis. Et ſi quis de civibus nollet ſe libe-
rare à ſolutione redditus, & ſervitiorum, liceat tunc eis
vendere, & emere de poſſeſſionibus eorum pro eorum
voluntate cum onere ſervitiorum, & redditum præ-
dictorum, & ſub dominio prædictorum Dominorum.
Eximimus inſuper civitatem Adriæ ab omnibus
collectis, & exactionibus quibuſcunque. In affi-
ctibus quoque, exercitu, de parlamento, guerra,
pace faciendis comitatus veſter communi veſtro per-
petuò teneatur, ſicut comitatus Peruſii ſuæ teneri
dignoſcitur civitati, omneſque terræ comitatus A-
drienſis in communi viventes, Rectores, Judices
& Notarii civitatis veſtræ teneantur recipere, & ha-
bere. Quicunque verò voluerint vendere, & emere
in eadem civitate, liberè vendant, & emant ſine
fundico, & datio. Omnes inſuper, & ſinguli ci-
ves Adriæ, ubique per Regnum ſint liberi, & exem-
pti ab omni jure plateatico, fundici, & dohanæ.
Sylvam ſancti Mori, quam olim habuit quondam
mulier nobilis Maria comitiſſa Laureti in demanio
communis veſtri duximus concedendam, mittendi,
& recipiendi homines Sylvii, Belfortis, Ilicis, Te-
trani, Bodii, Tamaricis, Boſiæ, Caſtilentes, Lo-
taraſci, Sculculæ, & Cellini, in civitatem veſtram,
& concedendum eis ibidem perpetuum incolatum, conce-
dentes vobis auctoritate prædicta liberam facultatem.
Ut autem præmiſſa robur obtineant perpetuæ firmitudi-
nis, præſens privilegium proinde fieri fecimus noſtri
ſigilli munimine roborari. Datum Eſculi Kal. Apri-
lis An. Domini 1251.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſerv. Dei. Dilectis filiis, &
univerſitati hominum Adrienſiū ſal. & Apoſt. bened.

Honorem Eccleſiæ promovere ſollicitis non ſine incur-
ſu multiplicis læſionis dignè ab Apoſtolica Sede illud
debet provenire præmium, per quod circa ipſam
ſinceræ devotionis ſuſcipere deſiderant incrementum.
A Hoc ſiquidem prout aſſeritis, dilectus filius noſter
Petrus S. Georgii ad aureum velum Diaconus Car-
dinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus diligenter atten-
dens, & etiam attentè conſiderans, quod puritate
devotionis, & fidei, quam circa Eccleſiam Ro-
manam geritis, per hoſtes hujus graves injurias,
& etiam diſpendia plurima ſubſtinetis, vobis, quod
perpetuò in communi vivere, & pro veſtro velle ali-
quem de fidelibus Eccleſiæ in veſtram poteſtatem eli-
gere valeatis, nec non quaſdam alias libertates ſuæ
legationis authoritate conceſſit, prout in litteris Car-
dinalis ejuſdem confectis exindè plenius dicitur con-
tineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati,
quod ſuper præmiſſis ab eodem Cardinale factum eſt,
tutum & firmum habentes id authoritate Apoſto-
lica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio
communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel
ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis
B Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe
noverit incurſurum. Datum Mediolani XII. Kal. Se-
ptembris, Pontif. noſtri anno nono.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ven. fratri
Epiſcopo Adrienſi & Pennenſi ſal. & Apoſt. bened.

Clara devotionis merita, quibus dilecti filii Cle-
rus, & Poteſtas & populus Civitatis & Diœceſis
Adrienſis, inter alios Eccleſiæ Romanæ devotos pol-
lere noſcuntur, meritò nos inducunt, ut eos honore
attollamus multiplici, & honoremus Apoſtolicæ Se-
dis privilegio ſpeciali. Cum itaque vener. frater no-
ſter Epiſcopus Albanenſis de ſpeciali mandato noſtro
Adrienſem Eccleſiam in Cathedralem erexerit, & eam
ac Pennenſem Eccleſiam ad invicem duxerit unien-
das, noſque id duxerimus authoritate Apoſtolica con-
firmandum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta
mandamus, quatenus Adrienſis Eccleſiæ tanquam ſpon-
ſæ tuæ in ſpiritualibus, & temporalibus ſic ſollicitam
curam geras, quod eidem Eccleſiæ per tuum mini-
ſterium proſperitatis & honoris (Deo propitio) deſi-
C derata proveniant incrementa. Dat. Peruſii 4. Non.
Potiſicatus noſtri anno nono.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſerv. Dei. Dilectis filiis Po-
teſtati, Conſilio, nec non Communi Civitatis Adriæ,
& univerſo populo Adrienſis Diœceſis ſal. & Apoſt. ben.

Clara devotionis merita, quibus dilecti filii clerus ci-
vitatis, & Diœceſis Adrienſis inter alios Eccleſiæ
Romanæ devotos pollere noſcuntur, nos inducunt ut
vos, & dictum clerum honore attollamus multipli-
ci, & honoremus Apoſtolicæ Sedis privilegio ſpe-
ciali. Cum itaque venerab. frater noſter Albanenſis
Epiſcopus de ſpeciali mandato noſtrò Adrienſem
Eccleſiam in cathedralem erexerit, & eam, ac Pen-
nenſem Eccleſiam ad invicem duxerit uniendas, noſque
id duxerimus confirmandum, ven. fratri noſtra A-
drienſi & Pennenſi Epiſcopo noſtris damus litteris in
mandatis, ut ipſius Adrienſis Eccleſiæ tanquam
ſponſæ ſuæ in ſpiritualibus, & temporalibus ſic ſol-
licitam curam gerat, quod eidem Eccleſiæ per ejus
miniſterium proſperitatis & honoris (Deo propitio)
D deſiderata proveniant incrementa. Rogamus igitur uni-
verſitatem veſtram, & hortamur attente per Apoſto-
lica vobis ſcipta mandantes, quatenus ea, quæ ſunt
ſuper hoc ſtatuta, & ordinata per eundem Albanen-
ſem Epiſcopum, & illa etiam, quæ Syndicus ve-
ſter promiſit, integrè obſervantes, præfati Adrien-
ſis, & Pennenſis Epiſcopi, tanquam Patris, &
Paſtoris animarum veſtrarum ſalubribus mandatis,
& monitis feliciter intendatis, ita quod ipſe in vo-
bis devotionis filios, & vos conſequenter in eo Prælatum
inveniſſe benevolum gaudeatis. Datum Peruſii iv. Non.
Aprilis, Pontificatus noſtri anno nono.

Hoc eodem anno 1552. Beraldus Agrenſem Ec-
cleſiam, & cœnobium cum juribus ſuis, ac perti-
nentiis, atque plura alia bona elargitus eſt Mona-
ſterio Caſænovæ Ordin. Ciſtercienſis, certis ad-
ditis conventionibus perpetuò ſervandis, ut ex pu-
blico documento liquet, quod hic ex eodem tabula-
rio exhibemus.

A *In Nomine D. N. J. C. Amen. Anno à Nativitate ejuſdem* 1252. *die Jovis* 4. *Januarii* x. *Indict. tempore Innocentii Papæ IV.*

*Nos Beraldus miſeratione divina Pennen. Epiſcopus, & Capitulum Pennen. ven. domnus Bruno Primicerius, Magiſter Gualterius Archipresbyter, donnus Joannes Gualterii, magiſter Gualterius, mag. Paulus Lindaſſus, mag. Leonardus, don Joannes Nicolai, Leonardus Archipresb. S. Clementis, Andreas Primicerius, Nicolaus Brun. Bartholomæus Joannis Thomaſii, don. Berard. Matthæus Guglielmi, Joannes Rainaldi Bernardi, & Ægidius Romanus, Conſiderantes Eccleſiam S. Salvatoris de Angre ſitam in Pennen. Diœceſi ſic in ſpiritualibus collapſam, in temporalibus diminutam, quod nulla ſpes eſt, quod in ſuo poſſit ordine reformari, conſiderantes, & inveriſimile cognoſcentes, Monaſterium Caſenovæ Ciſtercienſis Ordinis, cui donnus* B *Hilarius Prior, & fratres Angrenſis Eccleſiæ incorporare ipſam Eccleſiam poſtulant, & unire, eſſe majoris religionis, quam dicta Angrenſis Eccleſia fuerat, vel exiſtat, eorum precibus inclinati dictam Eccleſiam S. Salvatoris de Angre cum omnibus poſſeſſionibus, juribus, & rationibus ſuis, & ſpiritualibus, & temporalibus noſtra communi, & ſpontanea voluntate, liberè, & abſolutè, & irrevocabiliter ſecundum omnes libertates Ciſtercienſis Ordinis damus, tradimus, & concedimus dicto Monaſterio Caſenovæ incorporare ipſi Monaſterio, ordinan. & diſponen. de ipſa Eccleſia Angrenſi liberè ſicut placuerit Abbati, & Conventui Monaſterii Caſenovæ, in ipſa Angrenſi Eccleſia nihil nobis penitus reſervantes: Concedimus inſuper dicto Monaſterio Caſenovæ omnes capellas, quæ ſunt in caſtro Peſculi, Roccette, & Puteſil. & eorum pertinentiis pleno jure ſcilicet in temporalibus, & ſpiritualibus remittentes in Eccleſia Angrenſi, & ſupradictis capellis procurationem, viſitationem, correctionem,* C *Cathedraticum, Synodaticum, quartam decimarum, & Mortuariorum, inſtitutionem, & deſtitutionem Prioris in Angrenſi Eccleſia, & capellanorum in ſupradictis capellis, & receptionem Pennen. Epiſcopi ibidem ad proceſſionem, & quicquid juris temporalis, vel ſpiritualis Pennen. Eccleſia in dicta Eccleſia Angrenſi, & capellis habuit, vel nunc habet de jure, conſuetudine, vel de facto, damus, concedimus liberè, & abſolutè Monaſterio ſupradicto in ſignum conceſſæ omnimodæ libertatis conſueto cenſu trium denariorum ann. tres per denarium uſualis monetæ in dictis capellis tantummodo reſervato in Aſſumptione B. Mariæ nobis ſolvendo ab Abbate Monaſterii Caſenovæ, quem cenſum Abbas Monaſterii Caſenovæ, nomine ipſius Monaſterii ratione prædictæ conceſſionis promiſit ſolvere Pennenſi Capitulo in termino ſupradicto annuatim, ſicut Angrenſis Eccleſia pro dictis Capellis dictum cenſum nobis perſolvere conſuevit, & judiciis publicis, videlicet cognitione cauſarum matrimonialium,* D *pœnitentia puerorum oppreſſorum, & ſanguinis, uſuræ, & ſimoniæ nobis in dictis caſtris, ſive villis in quibus omnia alia jura ſpiritualia, & temporalia conceſſimus monaſterio Caſenovæ, nobis ſolummodo reſervatis. Quod clerici dictorum caſtrorum promovendi ad ſacros ordines in ipſa promotione, ſicut, & cæteri clerici Pennen. civitatis fidelitatem jurabunt Pennen. Epiſcopo, & Capellani per Abbatem Caſenovæ ordinandi in ipſis Eccleſiis, qui in ſua promotione ad ordines ſacros non ſunt jurati Pennen. Epiſcopo jurabunt fidelitatem ipſi Epiſcopo, & ſervare interdictum, & excommunicationem, quæ Pennen. Epiſcopus poſuit in dictis Eccleſiis, & Clericis, exceptis interdictis, & excommunicationibus, quæ, & quas & poſſet, & faciet Epiſcopus ad impedien. ad obfuſcan. jura, & rationes, quas habet dicta Eccleſia Angrenſis in prædictis Eccleſiis, & caſtris, vel quæ nos conceſſimus dicto monaſterio Caſenovæ tam in dicta Eccleſia Angrenſi, quam capellis prædictorum caſtrorum, & caſtris. Nolumus autem per hanc conceſſionem noſtram, quod præjudicium aliquod fiat ipſi Monaſterio Caſenovæ in aliis poſſeſſionibus, & Eccleſiis, quas Angrenſis Eccleſia tenet, & poſſidet in Pennenſi Diœceſi. Similiter, & pari modo paretur præjudicium Pennen. Eccleſiæ ex eadem in aliis poſſeſſionibus, quas habet Monaſterium Angrenſe in eadem Pennen. Diœceſi ad impediendum jus quod habet in eis ipſa, vel ejus ſubdita Eccleſia; quam quidem donationem, & conceſſionem pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus promittimus ratam, & firmam perpetuo habere, ac tenere, nec in aliquo contravenire per nos, vel alios ratione aliqua, vel exceptione. Renunciantes Canonum & legum auxilio, conſtitutioni promulgatæ, vel promulgandæ, per quam, dictam donationem, & conceſſionem poſſemus aliquo tempore revocare, vel in aliquo contravenire. Ad quorum omnium memoriam, & perpetuam firmitatem duo publica ſimilia inſtrumenta exinde fieri rogavimus per manus Rainaldi Rogerii civitatis Pennen. publici Notarii cum ſubſcriptione magiſtri Matthæi Judicis ejuſdem civitatis roborata. Quorum Inſtrumentorum illud quod eſt Monaſterii Caſanovæ noſtris ſigillis, & ſubſcriptionibus fecimus roborari; alterum quidem noſtrum ſigillo Abbatis monaſterii Caſænovæ, & ſubſcriptionibus Monachorum dicti monaſterii ſimiliter fecimus, & communiri volumus. Quod ſupradictus Abbas dicti monaſterii, ut ſupra dictum eſt, fieri voluit, & mandavit.*

*Ego Fr. Rogerius Abbas monaſterii Caſenovæ me ſubſcribo.*

*Ego Fr. Minaldus Prior, & Monachus monaſt. Caſenovæ ſupradict. promiſſioni ab Abbate noſtro factæ Pennen. Capitulo aſſentior, & me ſubſcribo.*

*Ego Fr. Gualterius Monachus monaſterii Caſænovæ ſupradictæ promiſſioni, &c. ut ſupra.*

*Ego Fr. Guglielmus Monachus monaſterii Caſænovæ ſupradict. promiſſioni, &c.*

*Ego Fr. Paulus Monachus, &c.*

*Ego Fr. Nicolaus Monachus, &c.*

*Ego Fr. Thomas Monachus, &c.*

*Ego Fr. Benedictus Monachus, &c.*

*Ego Fr. Clericus Subprior, & Monachus, &c.*

*Ego Fr. Benedictus Monachus, &c.*

*Ego Fr. Bruno Monachus, &c.*

*Ego Fr. Thomas Monachus, &c.*

*Ego Fr. Damianus Monachus, &c.*

*Ego Fr. Paulus Monachus, &c.*

*Ego Fr. Martinus Monachus, &c.*

*Ego Fr. Nicolaus Monachus. &c.*

*Ego Presbyt. Petrus Capellanus D. Epiſcopi Pennenſis rogatus teſtis interfui his omnibus, &c.*

*Ego Diaconus Petrus rogatus teſtis, &c.*

*Ego Angelus de Viculo rogatus teſtis, &c.*

*Ego Odoriſius Jo. Thomæ rogatus teſtis, &c.*

*Ego Blaſius Jo. Rubei rogatus teſtis &c.*

*Ego Raynaldus Rogerii civitatis Pennenſis publicus Notarius, quia dictæ donationi, & conceſſioni, ut ſupra legitur, rogatus interfui & hoc ſignum feci.*

Hoc eodem anno, & menſe Conradus Cæſar Federici II. filius, ea, quæ Pater civitati & Eccleſiæ Pennenſi per ſuum diploma aſſeruerat, in hunc modum confirmavit.

*Conradus Dei gratia Romanorum in Regem electus ſemper Auguſtus, Jeruſalem, & Siciliæ Rex, &c.*

*Per præſens privilegium notum facimus univerſis tam præſentibus, quam futuris, quod licet Univerſitas civitatis Pennenſis dudum ad falſas ſuggeſtiones æmulorum noſtrorum viſa fuerit à fidei noſtræ ſemitis deviaſſe, quia tamen nunc homines civitatis ipſius ſaniori ducti conſilio, & naturæ devotionis dulcedine perſuaſi miſericorditer Majeſtatis noſtræ januam humiliter propulſarunt, & redierunt unanimiter ad fidei noſtræ cultum; Nos omnes offenſas, & culpas,*

*quas ab obitu quondam fel. mem. Dom. Genitoris noſtri uſque nunc contra nos, & fideles noſtros commiſſas eis de noſtra clementia duximus remittendas, recipientes eos in plenitudinem noſtræ gratiæ, & favoris, & omnia, quæ in privilegio memorati quondam D. Patris noſtri conceſſo dudum Pennenſi Eccleſiæ contineri noſcuntur, de ſpeciali gratia noſtra confirmamus eidem. In ſignum quoque gratiæ plenioris promittimus eiſdem fidelibus noſtris in noſtra devotione ſiſtentibus, quod omnes bonos uſus, & conſuetudines eidem Univerſitati ſervabimus, ſicut fidelibus aliis Regni noſtri, ſalvis in omnibus, & per omnia fidelitate, mandato, & ordinatione noſtra, & hæredum noſtrorum. Ad cujus rei memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium per Magiſtrum Nicolaum de Rocca Notarium, & fidelem noſtrum ſcribi, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri.*

*Datum in caſtris in depopulatione Neapolis per manum Gualterii de Ocra Regni Siciliæ Cancellarii anno Dominicæ Incarnationis 1253. menſe Junio, 11. Indict.*

Anno deinde 1254. Beraldum, forum civitatis commutaſſe habet documentum, quod ipſe ad futuram rei memoriam conſcribi fecit iis conceptis verbis.

*In Nomine D. N. J. C. Amen. Anno ab ejuſdem Incarn. 1254. die Jovis X. Decembris intrantis, 13. Ind. tempore D. Alexandri Papæ IV. Nos Beraldus miſeratione divina humilis Pennen. Epiſcopus.*

*Decet Antiſtitem ſuorum intendere profectibus ſubditorum; præſertim cum ſui dominii extollitur, & communis utilitas evidentius ampliatur. Sanè cum ſicut nonnullorum veridica relatione comperimus in territorio civitatis Pennenſis in via, qua itur ad fontem Tutum juxta fontem S. Joannis, Mercatum, ſive forum conſueverit ex antiquo, & deinde per prædeceſſores noſtros vener. memor. ſub Eccleſia S. Nicolai in locum, qui Pratum dicitur, fuerit immutatum, nos ad augmentum dictæ civitatis Pennen. totis viribus aſpirantes, prædictum locum Prati nomine foro perpetuo carere decrevimus, tum propter perfidiam quorumdam habitantium, qui ſupra, . . . tum etiam quia locus ipſe eſt modicus, & minus aptus, & idoneus ad tanta, taliſque civitatis forum, ſive mercatum, ſub pœna excommunicationis diſtrictius inhibentes, ne quis infimus, vel ſublimis de cætero diebus omnibus, & ſingulis ſabbati morari ad mercandum, negotiari, mercari, cambiari, ſeu menſas nummulariorum, cathedras erigere, & ad cambium ibi habere aliquo modo præſumat, quod qui præſumpſerit, quia ſufficientem monitionem præmiſimus, in eum, vel eos excommunicationis ſententiam promulgamus, & prædictum locum, qui eſt juxta fontem S. Joannis, & eſt inter medium civitatis veteris, & novellæ, ubi eſt nobis acquiſitionis populus prædilectus; qui quidem locus ſic collocatur, A capite domus Dominici Carleval à pede domus quondam Griſanti, & Caſarilia quondam Joannis de Podio, ab uno latere viam, qua itur ad fontem Caval. uſque ad caſal. quond. Matthei de Trotte, & ab alio latere eſt via publica, ſpeciali prærogativa volumus inſignire ad honorem omnipotentis Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis, ejuſque Matris, nec non & B. Maximi martyris Patroni noſtri ſtatuimus, & pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus ordinamus perpetuo ibi, & non alibi eſſe forum, ſive mercatum, eximentes ipſum locum, & forum perpetuo ab omni ſervitute pedagii, ſive plateæ, ut omnes, & ſinguli ad prædictum locum diebus ſabbati venientes de cætero morantes, totis prædictis diebus negotiantes, vel non negotiantes perfecta, & perfectiſſima cum ſuis rebus omnibus gaudeant libertate, quos ſub ſpeciali protectione noſtra ſuſcipimus, ſub anathematis vinculo expreſſius inhibentes, ne quis eos, vel aliquem eorum, in veniendo, morando, ſeu cum ſuis vel mercimoniis redeundo impetere, vel moleſtare, ac prædicta omnia, & ſingula immutare, vel contraire præſumat. Quam quidem excommunicationis ſententiam, ut dictum eſt promulgamus, donec contra auſu temerario venientes, de præmiſſis debitam ſatisfactionem impenderint, & ad mandatum Eccleſiæ ſimiliter revertantur. Ad cujus rei memoriam, & robur in poſterum, & perpetuo valiturum coram Beraldo de Beral. Judice civitatis Pennen. hoc inſtrumentum ſolemne exinde fieri mandamus, & rogavimus per manus publici Notarii infraſcripti, ad cautelam, noſtri ſigilli munimine roborari. Actum eſt hoc apud civitatem Pennen. in prædicto loco, ubi ſic ut mercatum ſive forum ſtatutum, quem idem D. Epiſcopus benedixit coram teſtibus infraſcriptis rogatis ad hoc ſpecialiter vocatis.*

*Nos Beraldus Dei gratia Pennen. Epiſcopus inſtrumentum confirmamus, & proprio ſigno ſignavimus.*
*Ego Berar. de Collemadio Baro rogatus teſtis interfui.*
*Ego Matthæus de Monte ſicco Baro rog. &c.*
*Ego Lucas de Collemadio miles rog. &c.*
*Ego Damianus de Oſeno miles rog. &c.*
*Ego Petrus de Collecorvino rogatus &c.*
*Ego Mag. Joannes de Bricia rogatus, &c.*
*Ego Odoris. Thomaſii rogatus, &c.*
*Ego Mag. Bartholomæus de Bacucco rog. &c.*
*Ego Raynaldus de civitate Pennen. publicus Notarius his omnibus interfui, & ut ſupra legitur hoc inſtrumentum rogatus ſubſcr. & ſignum feci.*

Ultima Beraldi memoria habetur in chartophylaciis Pennen. Eccleſiæ.

*Anno 1260. die Lunæ, 7. Kal. Febr. 3. Indict. Beraldus Dei gratia Epiſcopus Pennen. una cum Capitulo Pennen. videlicet Mag. Bruno Archidiacono, Donno Joanne Archipreſb. de civitate S. Angeli, Donno Galaſſo Archipreſb. de Monte ſilvano, Donno Lanbardo Primicerio, D. Joan. Corrado Primicerio, Leonardo D. Odoriſii, Andrea Dom. Berat. Nicolao Bruno, Bartholomæo Joan. Thomæ, Thoma Dom. Berardi, Franciſco D. Gualterii, Donno Matthæo Dom. . . . Aegidio Archipreſb. S. Clementis ad Balbianum, Thom. Anton. Thoma Rugerii, Gualterio de Canoſa, Dom. Petro Abamont. Riccardo, & Jacobo nepote noſtro, communi voto ſtatuunt, & ordinant, ut nullus de Pennen. Canonicis receptis, ſeu recipiendis ad Regimen Eccleſiæ S. Petri ad Pennen. Eccleſiæ S. Clementis ad Balbianum, Eccleſia S. Angeli della Civita, & Eccleſiæ S. Mariæ de Monteſilvano de cætero tranſmittatur, niſi ſit de ſextodecimo Canonicorum numero.*

Ex relatis monumentis omnino certum eſt, Beraldum ſaltem ad annum 1260. perveniſſe, unde Joannes ille, qui num. 22. aſſeritur Pennenſis Epiſcopus ann. 1251. gratis appoſitus ex ſerie delendus, & poſt Beraldum ponendus Gualderius, qui immediate ſucceſſor eſſe potuit Gualderio, ſeu Gualterio, cui locus tribuendus eſt vigeſimus.

20 GUALDERIUS, melius fortaſſe Gualterius, („*Amerinus*) ex Epiſcopo Amelienſi, ad has Eccleſias translatus ab Urbano IV. anno 1264. ut ex ſequenti diplomate videtur. XX.

*URBANUS EPISCOPUS*
*Servus Servorum Dei.*

Capitulis Pennen. & Hadrien. Eccleſiarum, ac Clero Civitatis, & Diœceſis Pennen.

*IN ſuperna ſpecula dignitatis quanquam immeriti diſponente Domino conſtituti circa generalem curam Eccleſiarum omnium juxta paſtoralis officii debitum ſollicita diligentia, & diligenti ſollicitudine vigilamus, ad illas potiſſimum, quæ viduitatis deplorant incommoda tanto attentius noſtræ conſiderationis retorquemus intuitum, tantoque ſtudioſius, ut eis paſtores præficiantur idonei, opportunos labores quantum nobis permittitur, ex alto inceſſanter impendimus, quanto intuemur manifeſtius, quod ex talium adminiſtratione paſtorum, fructus uberes ſpiritualiter, & temporaliter eiſdem poſſunt Eccleſiis provenire, ad quarum procuranda commoda promptis, ac votivis deſideriis aſpiramus. Sane licet miniſteria ven. fratris noſtri G. Pennenſis, & Hadrienſis Epiſcopi, Amelienſi Eccleſia, cui laudabiliter præfuit, utile multum exiſteret, nos tamen de ordinatione Pennenſis, & Hadrienſis Eccleſiarum, quæ auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſunt unitæ, ac ad præſens ſolatio deſtitutæ paſtoris*

*ſtoris, ſollicitè cogitantes, ac talem illis præeſſe Pontificē affectantes, quem laudabilia ſua merita redimeret, cujuſve non eſſet dubia charitas erga plebem ſuæ ſollicitudini commendandum in ipſum, cui vitæ honeſtas, & commendabilis converſatio, & ſufficiens litterarum ſcientia ſuffragantur, quique ſpiritualium providentiam temporalium quoque circumſpectionem, necnon & fervidam circa proſperum ſtatum illarum partium charitatem, & ſinceram inſuper devotionem ad prædictam ſedem obtinens, nobis, & fratribus noſtris acceptus redditus, oculos direximus mentis noſtræ. Quapropter tam eiſdem Pennen. & Hadrien. Eccleſ. quarum in hoc utilitatem evidentem ſpecialiter attendimus, quam gregi dominico paterna intendentes diligētia providere, eum à vinculo, quo tenebatur aſtrictus Amelienſi Eccleſiæ ſupradictæ de fratrum prædictorum conſilio, duximus abſolvendum, ut de perſona ipſius, eiſdem Pennen. & Hadrien. Eccleſiis provideremus; ipſumque ad ipſas transferimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tranſeundique ad eaſdem Eccleſias ſibi liberam licentiam concedentes; firma de ipſo concepta fiducia, quod idem, qui in commiſſo ſibi officio hactenus fideliter, & utiliter miniſtravit, de talento ei credito talenta, præſtante Domino, referet potiora. Rogamus itaque univerſitatem &c. eundem Epiſcopum, cui plenam earundem Pennen. & Hadrien. Eccleſiarum in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrationem committimus, cum ad vos &c. Datum &c. ann. 4.*

Hic Epiſcopus tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus, Matthæo Diacono Cardinali S. Mariæ in Porticu patrimonii S. Petri Rectori, vicariam operam præſtitit 1265. ut prodit ejuſdem epiſtola, quam ad Abbatem, & Monachos S. Salvatoris montis Amiati, quæ adhuc ibi illibata aſſervatur, perſcripſit.

XXI. 21. * Berallus *a* Epiſcopus Pennenſis memoratur an. 1268. in monumentis Baſilicæ S. Petri de Urbe; neque alia de ipſo mentio reperitur.

* Ex App. [illegible]. *a* S[illegible] *Beraldus.*

XXII 22. LEONARDUS (,, *Cajus Senenſis, Ord. Servorum ab Honorio IV. præficitur*) anno 1285. diem clauſit extremum 1302. ſepultus in Cathedrali Hadrien.

XXIII 23. BERNARDUS anno 1302. 3. idus Aprilis, ex Canonico Andegavenſi Epiſcopus electus à Bonifatio VIII. Leonardo ſucceſſit, ex reg. vatic. ep. 145. fol. 177.

XXIV 24. RAYMUNDUS Monachus, & Abbas S. Sebaſtiani Neapoli in Campania, electus Epiſcopus an. 1321. pollicetur Cameræ Apoſtolicæ ſolitam penſionem ſe ſoluturum die 23. m. Julii.

XXV. 25. GUILLELMUS de S. Victore Gallus, Præpoſitus S. Petri de Foreſta, à Joan. XXIII. Pontifice creatus eſt Pennenſis, & Hadrien. Epiſcopus anno 1324.

XXVI. 26. NICOLAUS Monachus Ordinis Ciſtercien. creatus 1326. ex lib. ſol. Præl. Hic an. 1341. in Pennenſi Eccleſia à quibuſdam Canonicis comprehenſus carceri mancipatus, aliiſq; injuriis afflictus, Dei miſericordia cum evaſiſſet, Benedictum XII. Pontificē contra iniquos provocavit ad vindictam, qui Caſinenſi electo has literas dedit, ex reg. vatic. depromptas.

*BENEDICTUS EPISCOPUS*
*Servus Servorum Dei.*

Dilecto filio Guidoni electo Caſinen. ſalutem &c:

*GRavem venerab. fratris noſtri Nicolai Pennenſis, & Hadrienſis Epiſcopi querelam recepimus continentem, quod Jacobus de Legomiano, Nicolaus Sebaſtiani, Jacobus de Collemadio, Riccardus de Colleulto, Pandulphus Rogerii, Gualterus Berardi, Leonardus Aviboni, Matthæus Franciſci, & quidam Robertus de Collemadio canonici Pennenſes cum quibuſdam eorum conſanguineis, & amicis, circumcirca Epiſcopales domos Pennenſis Eccleſiæ . . . olim dum idem Epiſcopus ad Hadrienſem Eccleſiam dimiſſis in dicta Civitate duobus Clericis familiaribus, & Vicariis ſuis perſonaliter acceſſiſſet, contra dictum Epiſcopum livore ſuccenſi, tum ex eo quod ipſos Vicarios ſuos non fecerat, tum quia dicti Vicarii per eum dimiſſi Clericos propter eorum exceſſus capiebant, & detinebant pro hujuſmodi exceſſus puniendos, eoſque juxta votum Canonicorum ipſorum minimè*

A *liberabant, & alias illicitas voluntates non adimplebant eorum diurno, & nocturno tempore dictas domos, in quibus erant dicti Vicarii, armata manu hoſtiliter invaſerunt, & invadi fecerunt recedere de domibus prælibatis, ac deinde dicto Epiſcopo redeunte ad Civitatem prædictam, & in dictis domibus commorante præfati canonici pergentes ipſorum campanile Eccleſiæ Pennenſis, quod eſt juxta dictas domos, & altitudine eas præcellit, capi fecerunt, faciendo per dictas gentes in domos ipſas diu, noctuque projici lapides, & ſagittas, ac dictum Epiſcopū, ejuſque familiam ſic alias hoſtiliter, & crudeliter impugnando, quod demum compulſus fuit domos relinquere ſupradictas, ſeque conferre ad morandum in quibuſdam aliis domibus Eccleſiæ prælibatæ, dictique canonici poſtquam idem Epiſcopus de domibus ipſis ſic receſſit, vina, & alia bona ipſius Epiſcopi, quæ erant in dictis domibus derelictis, nequiter aſportarunt, & diſpoſuerunt de eis pro libito voluntatis, & nonnullos religioſos, & alios familiares ejuſdem Epiſcopi verberarunt, & dum olim dictus Epiſcopus Petrum Criſcis presbyterum Pennenſem*

B *pro præmiſſis, & aliis ſuis negotiis ſedi Apoſtolicæ exponendis, cum nonnullis inſtrumentis, & litteris ad ſedem deſtinaret eamdem, dictus Robertus tunc vivens aſſociatis ſibi Galterio, & Carlaſſario ejus fratre cive Pennenſi, & nonnullis aliis clericis, & laicis civitatis ejuſdem, præfatum presbyterum in itinere veniendi ad ſedem prædictam conſtitutum, auſu ſacrilego cepit, ipſumque pecunia, boniſque omnibus, quæ ſecum habebat, nequiter ſpoliavit, ejuſque linguam propria manu de ore ejus extrahens, inhumaniter fecit abſcindi, quodque die octavo præteriti menſis Martii dicti canonici ad domum, in qua morabatur dictus Epiſcopus accedentes, ipſum violenter capi, & captum cum capite verſus terram, ad locum, ubi dicta Eccleſia Pennenſis eſt ſita, violenter adduci fecerunt, & ibidem per 34. dies eum detinuerunt invitum, & interim ad dictam Pennenſem Eccleſiam, quam dictus Epiſcopus propter exceſſus, & demerita dictorum canonicorum, qui eum contra voluntatem, & in contemptum dicti Epiſcopi detinebant, eccleſiaſtico ſuppoſuerat interdicto, eum in Dominica palmarum violenter abdu-*

C *cere, & ramos palmarum ibidem dare, & in die Jovis ſancta chriſma conficere, & in quadam capella eidem Eccleſiæ contigua miſſam celebrare per vim, & metum, qui in conſtantem virum cadere poterant, compulerunt, & dum idem Epiſcopus chriſma conficeret, ut præfertur, quidam ex dictis canonicis cum nonnullis eorum ſequacibus ad dictas alias domos, quas dictus Epiſcopus antea habitabat euntes, certam partem diruerunt earum, & deinde dictum Epiſcopum ad quamdam domum dictæ Eccleſiæ, quæ carens jannis, & feneſtris, unicuique erat patens, per violentiam abducentes, eum per 15. dies detinuerunt ibidem, dando ſibi pro eorum libito ſervitores, & ſubſequenter dicti canonici inter ſe invicem deliberare, & ordinare temerè præſumpſerunt, quod idem Epiſcopus præfatum Robertum à ſententia excommunicationis, qua propter varios ſuos exceſſus diu ante per dictum Epiſcopum, exigente juſtitia, fuerat authoritate ordinaria innodatos abſolveret, & quod quaſdam litteras per eumdem Robertum ſub nomine dicti Epiſcopi falſo modo confectas recognoſceret eſſe veras, & deinde ipſum*

D *torquere, & ab eo ſcire ubi eſſent pecuniæ, & alia bona ejus, & ipſum tandem occidere, & occultè ſepelire, & dicere quod idem Epiſcopus aufugiſſet, & mittere nuncios ipſum circumquaque quærendo. Quibus eidem Epiſcopo per quemdam nobilem revelatis, idem Epiſcopus in habitu ſeculari latenter de dicta domo, ad domos fratrum ordinis Prædicatorum Pennen. aufugit, & niſi dilectus filius Oddo de Collealto ejuſdem ordinis inquiſitor hæreticæ pravitatis in partibus illis, qui tunc erat, ibidem defendiſſet eundem, per dictos canonicos dictus Epiſcopus, qui per conventum dictorum fratrum defendi non poterat, fuiſſet nequiter interemptus. Quare præfatus Epiſcopus nobis humiliter ſupplicavit, ut ſuper prædictis damnis, contumeliis, & injuriis contra eum auſu ſacrilego perpetratis, providere ſibi de opportuno remedio dignaremur. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & monemus, quatenus de prædictis omnibus, & ſingulis, vocatis qui fuerint evocandi, tu authoritate noſtra ſtudeas informare, & ſi prædicta, vel ali-*

*qua de prædictis, quæ ſufficiant ad ſubiiciendum eos canonicæ ultioni repereris fulciri, illa in ſcriptis per manum publicam redacta fideliter nobis ſub tuo incluſa ſigillo fideliter quantocius deſtinare procures, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere, ac nihilominus illis de dictis Canonicis, quos per informationem hujuſmodi culpabiles repereris in promiſſis, vel eorum aliquibus peremptorie ex parte noſtra citare procures, ut infra 40. dierum ſpatium poſt citationem hujuſmodi perſonaliter Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent, facturi ſuper iis, & recepturi, quod juſtitia ſuadebit, noſtriſque, ac ſedis ejuſdem ſuper præmiſſis mandatis, & beneplacitis parituri, alioquin contra ipſos, prout juſtum fuerit, procedemus eorum abſentia, ſeu contumacia non obſtante. Diem verò hujus citationis, & formam, & quæcumque ſuper præmiſſis fuerit nobis per tuas litteras, aut inſtrumentum publicum harum ſeriem continentia fideliter intimare procures. Dat. Avenioni id. Januarii anno 7.*

Nicolaus vero poſt hæc aliaque pro Eccleſiaſtica immunitate recepta damna fato obiit an. 1352.

XXVII. 27. Fr. MARCUS Ardinghellus *a* nobilis Florentinus Ordinis S. Dominici, vir doctrina, atque moribus clarus, ad Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1352. Non. Novemb. ex reg. Vat. ep. 33. f. 40. atq; novem ferè annos has rexit Eccleſias, deinde an. 1361. ad Eccleſiam Camerinenſem translatus eſt, vide de eo plura in illorum Epiſcoporum ſerie.

[*a* De quo Fontana de Rom. Prov. p. 130. *Mand.*]

XXVIII. 28. JOJOSUS Sulmonenſis Marco ſucceſſit 1361. menſe Aprili, ex lib. ſolut. Prælat.

XXIX. 29. BERNABO * ſeu Barnabas ex Marchionibus Maleſpinis ſub Gregorio XI. Epiſcopatum Pennen. & Hadrien. conſecutus eſt an. 1370.* translatus deinde an. 1378. ad Piſanam Eccleſiam.

[* Ex App. t. 7.]

XXX. 30. AUGUSTINUS Neapolitanus, Epiſcopus Pennenſis, & Hadrienſis, Præfectuſque Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, Sextique Urbani Vice Theſaurarius, ad Eccleſiam Peruſinam translatus eſt à Bonifacio IX. an. 1390. ex lib. Proviſ. Prælat. memoratur Epiſcopus Pennenſis, & Hadrienſis ann. 1387. 8. Novemb. in citatis libris proviſionum Prælat.

XXXI. 31. PETRUS Scala Romanus, *b* Ordinis S. Dominici, Auguſtino ſuffectus eſt, an. 1391. 3. Id. Januarii; deceſſit autem 1393. ex lib. Proviſ. Prælat.

[*b* De hoc item Fontana loc. cit. *Mand.*]

XXXII. 32. ANTONIUS antea Theanenſis Epiſcopus, huc translatus eſt 1393. die 27. menſ. Sept. Fato deinde functus eſt 1413. ex eod. lib.

XXXIII. 33. (1) Fr. PETRUS de Caſtro Noteri, vel potius de Caſtro Veteri, Ordinis Fratrum Minorum, electus an. 1413. 7. id. Febr. E vivis autem eximitur eodem anno, ex eod. lib.

XXXIV. 34. JACOBUS de Turdis de Camplo, electus an. 1413. an. 1419. ad Eccl. Spoletinam translatus eſt, ex eod. lib. Hic Conſtantienſi Concilio interfuit, unuſque fuit ex electoribus Martini V. pro Itala natione, ibi Pennenſis electus vocatur.

XXXV. 35. DELPHINUS Nannii Gozadini nobilis Bononienſis, Monachus Carthuſianus, ac Auguſtæ S. Sylveſtri de Nonantula Abbatiæ Commendatarius, à Martino V. ſubl ectus eſt Epiſcopus ann. 1420. 5. Kal. Decemb. Ad Pontificem pro Bononienſibus legatione functus eſt, ut inter eos fœdus pacis percuteretur, habuitque collegam ejus muneris Joannem Guaſconum juriſprudentem, inſecutoque anno eadem de cauſa ad Pontificem rediit ann. 1430. menſe Julio. Demum Eu gen. IV. ad Eccleſiam Forumſempronii 1433. *c* 10. Kal. Aprilis illum tranſtulit.* Supra portam Epiſcopalis Palatii Pennenſis de Delphino verſus leguntur in marmore inciſi in hunc modum.

[*c* 1432. ex Actis. * Ex App. tom. 7.]

*Delphinum Muſas meritum celebrare canoras*
*Poeta refer: dic eum Gozza cognomine Dinum*
*Bononia clara genitum, ſanctum quoque Patrem,*
*Et Præſulem Pennæ, mœnia renovaſſe vetuſta.*
*Heu miſer ſolo . . . teſteſque per ævum*
*Avorum arma ſaxo locaviſſe ſupino*
*Anno milleno quatercentum nonoque decem*
*Totus erat mundus Martino Papa jucundus.*

XXXVI. 36. JOANNES de Polena ſacræ Romanæ Rotæ Auditor electus eſt anno 1433. *d* 10. Kal. Aprilis, anno verò 1454. ad Urbevetanam Eccleſiam translatus eſt.

[*d* 1432.]

XXXVII. 37. JACOBUS Benedictus Epiſcopus antea („ *Nuceriæ Paganorum, einde*) Urbevetanus ad has Eccleſias translatus eſt 1454. 5. *e* Kal. Septemb. Alphonſo I. Neapolitano Regi olim fuit à ſecretis.

[*e* 15.]

XXXVIII. 38. AMICUS de Bonamicitia, ex Canonico Civitatis S. Angeli, electus fuit die 23. *f* menſ. Auguſti 1456.* Ajunt hunc Epiſcopum obiiſſe in patria ſua anno 1467. ſepultum in Archipresbyterali Eccleſia hoc Epitaphio.

[*f* 27. * Ex App. t. 7.]

*Principis hic ſervus, quo non amatior ullus*
*Michelis in tumulo jacens puritatis amator;*
*Fulſit innocentiæ cultor, charitatis amicus.*
*Unus eſt populus laudans ſine crimine vivum.*
*An. Domini MCCCCLXVII. xv. Indict.*

XXXIX. 39. ANTONIUS Probus de Adria, deceſſit 1482. Conſule acta conſiſt. Roderici Epiſcopi Card. Portuenſis S. R. E. Vicecancellarii, quæ m. ſ. in pergameno aſſervantur in Bibl. Vat. 3978.

XL. 40. TROYLUS Agneſius Beneventanus ad hanc ſedem ſubvectus eſt 30. die Octobr. 1482. Acta Conſiſtor.

XLI. 41. MATTHÆUS de Judicibus de Urbe, deceſſit anno 1495.

XLII. 42. FELINUS Sandæus Ferrarienſis, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, renunciatus Epiſcopus eſt, die 4. Maii 1495. die vero 25. menſis Septem. ejuſdem anni Lucenſis adſcitus eſt cum futura ſucceſſione. Has igitur rexit Eccleſias uſque ad annum 1502. indeque in Lucenſem Pontificatum ſucceſſit. acta conſiſt. („ *Hunc temere deturbare auſus eſt* Sigiſmundus Nar„di *Clericus Pennenſis favore fretus, & literis Gabrie*„*lis Borbonii Generalis Ducis exercitus Gallorum, ita* „*in has ſe intrudens Eccleſias. Quibus auditis Alexan*„*der VI. Apoſtolicis literis monuit Borbonium, reſi*„*puitque ab inſania Sigiſmundus, ut ex tabulario hujus* „*Eccleſiæ edocemur.* Luc.)

XLIII. 43. NICOLAUS Piccolomineus Aquilanus, (2) Epiſcopus antea Lucerinus, ad has Eccleſias translatus eſt anno 1502. die 24. menſis Januarii. Deceſſit autem 1503.

XLIV. 44. BAPTISTA Cantalicius *g* Sabinus. Is ille qui Rudimenta Grammatices ſcripſit, vir utique eruditus, ac ſapiens, 1. die ineuntis Decemb. an. 1503. electus fuit ex Canonico S. Mariæ in Via Lata, interfuitque Laterano Concilio ſub Julio II. deceſſit 1514. cujus vitam ſcripſit, ediditque Offredutius Anchajanus Spoletinus, ad calcem expoſitionis officii Beatiſſimæ Virginis ejuſdem Cantalitii, ubi pauca de Baptiſta, plura de familia Carluccia comprehendit.

[*g* De quo Toppius in Bibl. Neapol. p. 130 & Nicodemus in ejuſdem Bibl. addit. p. 46. *Mand.*]

XLV. 45. VALENTINUS Cantalicius Canonicus S. Mariæ Viæ Latæ de Urbe, nepos ſuperioris, patruo ſucceſſit die 3. menſ. Julii 1514. ſub Leone X. Laterano Concilio interfuit. In ea dignitate cum ſumma prudentiæ laude penè cōſenuit, mortuus eſt an. 1550. („ *Hoc Præſule iſtæ duæ Eccleſiæ ab initio ſuæ fundatio*„*nis ſoli Rom. Pontifici ſubditæ Theatini Archiepiſco*„*patus in erectione ipſius ſuffraganeæ conſtitutæ ſunt à* „*Clemente VII. an. 1526. Verum Pennenſis, Hadrien*„*ſiſque Eccleſiæ ad ipſum Clementem recurrentes, &* „*Clemente extincto ad ſucceſſorem Paulum III. poſt* „*diutinam litem Metropoliticum rejecere aliorum ju*„*gum ann. 1539. Exſcribitur Pontificium diploma pro* „*Pennenſi Eccleſia ab Ughel. in Theatinis, aliaſque* „*immunitates hoc libertatis conſervandæ titulo aſſe*„*cutas Cathedralis Archivum retinet.* Luc.)

XLVI. 46. LEONELLUS Cibo Fulginas, *b* ex ſuæ patriæ

[*b* De hoc Jacobillus in Bibl. Umbr. p. 1-7 *Mand.*]

(1) Fr. Bernardum Lutium, Senenſem, Ord. Servorum à Jo. XXII. Pennenſem Epiſcopum renunciatum ex Buſſato refert Ugurgerius in Pompis Senen. par. 1. p. 153. & pag. 164. ex eodem Buſſatto ad hanc Cathedram à Pio II evectum aſſerit Fr. Philippum Bandinellum, Senenſem atque Ordinis pariter Servorum. At videant eruditi, quibus dicti Buſſatti opus de Epiſcopis Pennenſibus obvium eſt, an legitimum obtinere debeant locum in hac ſerie duo præfati Epiſcopi. *Mandoſ.*

(2) NICOLAUS Lucentinus dicitur in Actis Conſiſtorial. Hinc facile fuit Ughello pro Lucentino Lucerinum legere. In Lucerinorum certè Catalogo deeſt hujuſmodi Nicolaus, & certa per hæc tempora aliorum ſucceſſione completur. *Luc.*

triæ Canonico, nepos Lucæ quondam Fulginatis Epiſcopi, creatus eſt Pontifex Pennenſis, & Hadrienſis, die 19. menſis Januarii anno 1551. Ad tres tantum annos has rexit Eccleſias, atque rediturus in patriam, eo munere ſe exſolvit, ubi demum fato functus eſt 1560. inque Cathedrali ſepultus eſt cum hoc epitaphio,

*D. O. M.*

*Leonello Cibo juris conſulto, & Epiſcopo Pennenſi, & Hadrienſi, qui vixit ann. LXXIV. Petrus, & Marius optimo Patruo mæſtiſſimi fecerunt anno Chriſti MDLX.*

XLVII 47. THOMAS Conſuberius Civis, atque Archidiaconus Beneventanus, electus an. 1554. die 27. menſis Auguſti; qui cum ad 7. annos has rexiſſet Eccleſias, deinde à Pio IV. in publico Conſiſtorio Epiſcopali honore ſpoliatus eſt, quod repertus fuiſſet temporibus Pauli IV. cum Caraffis contra Italicam pacem conſpiraſſe,

XLVIII. 48. JACOBUS Guidius nobilis Volaterranus, Franciſci Filius, vir eruditus, ac ſolers, Franciſci Guicciardini Hiſtorici alumnus, Coſmi Magni Ducis Etruriæ I. Secretarius, inque difficillimis negotiis dexteritate mirabili exercitus, diverſiſque perfunctus legationibus, à Pio IV. demum electus eſt Epiſcopus 1561. die 2. exordientis menſis Junii. Concilio Tridentino interfuit, *a* cujus acta diligentiſſimè ſcripſit. Cum ad 7. annos Pennenſibus, & Hadrienſibus præfuiſſet, eo munere, onereque ultro abivit anno 1568. rediit Florentiam, Magni Ducis, à quo impensè diligebatur, negotia explicaturus. Magni Coſmi vitam perſcripſit, rediitque poſt ejus exceſſum in patriam, ubi effœtæ ætatis vitam finivit an. 1587. doctis viris mærentibus; ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Franciſci,

*a* An. 1563.

XLIX. 49. PAULUS Odeſcalcus Comenſis, doctor, atq; U.S. Ref. Apoſtolicus, Cameræ Auditor ſub Paulo IV. Eccleſiaſticæ ditionis Generalis Viſitator, atque à Pio IV. ad Philippum Regem Hiſpaniarum miſſus Legatus, adeò in eo munere prudenter ſe geſſit, ut uſque ad Pii V. tempora ibidem perſeveraverit, à quo denique revocatus, Pennenſis, atque Hadrienſis Epiſcopus renunciatus eſt an. 1568. 27. Febr. Neapolimque, atque ad omnes Italicos Principes *b* miſſus, ut illos contra inſultantes Turcas armaret, conjungeretque in fœdus. Meſſanæ Chriſtianorum claſſi è portu ſoluturæ benè precatus, quæ deinde in Actiaco contra Selinum luculentam victoriam tulit. Sub Gregorio verò XIII. cum Morono Card. Genuā legatus eſt, ut ejus Reipublicæ civiles ſedaret diſcordias. Romæ deinde è vivis ſublatus, cum prius, hoc eſt an. 1572. Pennenſi, Hadrienſique Eccleſiis nuncium remiſiſſet, ſepultuſque eſt apud S. Hieronymum de Charitate, ut vocant, ubi in nobili ſepulchro, hoc in ejuſdem laudem legitur epitaphium.

*b* Et Auſtriacos.

*JESU CHRISTO Salvatori*

*Paulus Odeſchaldus Novocomen. utriuſque Sign. Refer. & Decanus, Epiſcopus Pennen, & Hadrien. qui Auditor Generalis Cam. Apoſt. & apud multos Principes Chriſtianos ſæpe Sed. Apoſt. Nuncius, & Gubernator Provinciarum, ac totius Eccleſiaſticæ dictionis Viſitator Generalis, poſt multos pro Rom. Eccl. ſumptos labores, & operam egregiè navatam, hic tandem ſub ſpe reſurrectionis quieſcit, cujus anima in benedictione ſit. Vixit ann. 6. menſ. 1. dies tres. Obiit 6. idus Febr. 1585. Petrus Georgius Prothonot. Apoſt. Ludovicus, & Paulus de Odeſcalchis nepotes ex fratribus, Hæredes ex teſtamento poſſ. opt. mer.*

L 50. JO. BAPTISTA *c* de Benedictis Offidanus Aſculanus, die 5. m. Septemb. 1572. has obtinuit Eccleſias, Pio V. ſedente. Mortuus autem eſt 1591. dum Eccleſiam ſibi creditam adminiſtraret, ibidemque tumulatus quieſcit. („ *Hic majorem portam, & Pavimentum Cathedralis Pennenſis perpolitis lapidibus exornavit, ædes Epiſcopales decentiores fecit, à Gregorio XIII. quotidianam pro defunctis ad Altare Cathedralis celebrantibus Indulgentiam perpetuò duraturam conſecutus eſt: in Collegiatam erexit Eccleſiam S. Jo. Evangeliſtæ Civitatis Pennenſis. Corpus S. Columbæ Virginis è vertice Montis de Cornu tranſtulit in Eccleſiam Toſſiſiæ ſuæ Diœceſis: cum Abbate S. Joannis à Vulturno lites compoſuit ſuper jure Terræ Cellini concordata alternativa unius anni pro quolibet: tria tenuiſſimi redditus Hoſpitalia in unum reduxit ſub tutela Confraternitatis S. Maximi. Viri odoratus ingenium Sixtus V. Anconitanam urbem ei regendam commiſit, Viſitatoremque Generalem Status Avenionenſis conſtituit.* Luc.)

*c* Laudatur à Panſa in Gloriis Sixti V. p. 95. Mand.

51. HORATIUS Montanus è Policaſtro *d*, S. LI
Petri Romæ Beneficiatus, à Gregorio XIV. Pont. Max. creatus eſt Epiſcopus an. 1591. d. 20. menſ. Martii; deinde translatus eſt ad Archiepiſcopatum Arelatenſem in Galliis. *e*

*d* à R[...] Glori[...] Polic[...] ſtrenſ[...] Diœc[...]
*e* An. [...]

52. THOMAS Balbanus Lucenſis earumdem LII
Eccleſiarum Præſul electus 1599. die 10. *f* menſ. Decemb. Deceſſit autem 1621. („ *Synodum habuit, devicitque Abbatem de Pianella prætendentem à jure Epiſcopi ſubtrahere Terras Pianellæ, & Roſciani, & adjacentes Villas. Res ad Rom. Rotam delata deciſum fuit ad favorem Epiſcopi. Capitulo univit Collegium Beneficiatorum, eis aſſignando Beneficia & Capellanias ad Collationem Canonicorum.* Luc.)

*f* [...]

53. SYLVESTER Andreotius item Lucenſis LIII
Thomæ ſuffectus eſt ann. 1621. die 17. menſis Martii Gregorio Pont. Max. ejus nominis XV. ſedente. („ *Quo Antiſtite Sac. Congregatio Concilii pro ſingulis Pontificiis ſolenniis alternativam decrevit obſervandam apud Hadrienſes, & Pinnenſes, nulla habita ratione mortis Epiſcopi, pro noviter admittendo. Cum Abbas Pianellæ S.R. Rotæ detrectaſſet obedire mandatis, excommunicatione innodatus Sylveſtro perurgente cervicem flexit: novum ſubſtruxit ſeminarium, eique aſſignavit nonnulla Beneficia ſimplicia: quæ loca juris eſſent Pennenſis, quæ Hadrienſis Eccleſiæ ſcripto declaravit: Templum ſolemni ritu dedicavit Capuccinorum Civitatis Pennæ, Synodumque celebravit.* Lucentius.)

54. *FRANCISCUS Maſſucci electus Pennen- LIV
ſis, & Adrienſis per obitum Andreani die 18. Maii 1648. Exceſſit an. 1656. („ *De eo cum laude meminit Didacus Calcagnius in vita Fr. Bonaventuræ Recinetenſis pag. 2. atque in Memoriis hiſt. Civitatis Recinet. p. 220. Fuit enim Recinetenſis Patria. J.U.D. & in ſacra Theologia eruditus, politioriſque Litteraturæ, atque Poetices cultor.* Mand.)

* Ex A[...] t. 7.

* GASPAR Burgus ſucceſſit in defuncti Franci- LV.
ſci locum die 15. Jan. 1657.

* Ex A[...] tom. 7. [...]

*ADDITIO.*

(„ *Hic Patria Maceratenſis I.U.D. Canonicatum adjunxit Pennenſi Capitulo ex pia dotatione Pinnenſis Civis: Sacrarium pretioſa auxit ſupellectili, Cathedralis ſubterraneam partem perpolivit, ornavit. Omnium luctu mortem oppetiit 3. Julii 1661. Canonici beneficentiſſimo Paſtori ad tumulum obſequens elogium inſcripſerunt.*

„EXUPERANTIUS RAFFAELLUS *nobilis* LVI.
„ *Cingulanus J.U.D. ſucceſſit 21. Novemb. 1661. cum antea Avenionenſis Legationis Auditor, aliiſque in muneribus integerrimè ſe geſſiſſet: at cum ſtudiis, itineribus, laboribuſque fractus à 60. in 70. jam vergeret annum, omnibus charus deceſſit 24. Martii 1668. in Cathedrali Pinnenſi locum ſepulturæ excepit.*

„JOSEPH *Spinuccius, Firmanus, Juris Civilis in* LVII
„ *Univerſitate Patria Profeſſor, S. Officii Conſultor, pluribus defunctus guberniis, Card. Aquavivæ Auditor, à Clemente IX. bis præficitur Eccleſiis die 14. Maii 1668. Pontificias ædes nobiliores fecit: de ſuo ære perpetuum cenſum inſtituit, unde egenis ægrotantibus in Civitate Pennenſi ſubſidia medicaminum erogarentur: In Terra Laureti Monialium Cœnobium excitavit, atque dotavit. Deceſſit denique ſpectatiſſimus Præſul die 7. Decemb. 1695. & omnium in ſua Cathedrali ſepultus eſt mærore.*

„Fr. VINCENTIUS MARIA *de Rubeis Ba-* LVIII
„ *renſis, Franciſcani Ord. Minor. Convent. Sacræ*

„*Theo-*

,,*Theologiæ Magiſter, qui munia Secretarii, & Socii* A
,,*totius Ordinis, Aſſiſtentis Generali, & Provincialis*
,,*ſuæ Provinciæ Barenſis, nec non Procuratoris Genera-*
,,*lis in Romana Curia cum eleganter exegiſſet, ad Ec-*
,,*cleſiarum Pennenſis, & Hadrienſis regimen vocatus*
,,*eſt ætatis anno jam expleto 55. die 23 Julii 1696. Ze-*
,,*lo plenus, ægra tamen valetudine, quæ animo concepe-*
,,*rat, haud exequi potuit, morte ſublatus ex morbo car-*
,,*bunculi in pede anno 1698. die 10. Junii, terræ com-*
,,*mendatus in ſua Cathedrali Pennenſi.*

LIX. ,,FABRITIUS *Meſſai nobilis Montis Peluſii J.*
,,*U. D. poſt glorioſum curſum laborum, quos exegit ad*
,,*animarum lucrum cum Propontifex fuit in Eccleſiis*
,,*Tranenſi, Marturana, & Montis Peluſii, in cujus*
,,*etiam interregno Vicarius Capitularis extitit, & ad*
,,*præſens Archidiaconus eſſet Cathedralis ſuæ Patriæ,*
,,*ad has Sedes aſſumptus eſt die 19. Decemb. 1698. Non*
,,*minori animo, viribuſque, quàm ſui deceſſores Cle-*
,,*rum, & populum ſibi commiſſum urget, rectè ad percur-*
,,*rendam viam mandatorum Dei.*

B